



Gh
44
504

De ὥστε particulae usu Herodoteo Thucydideo Xenophonteo.

Dissertatio inauguralis

quam

ad summos in philosophia honores

ab

amplissimo philosophorum ordine Argentoratensi

rite impetrandos

scripsit

Max Wehmann

Borussus.

Argentorati.

Apud C. J. Truebner.

MDCCCLXXXXI.

Von der Facultät genehmigt am 7. Februar 1891.

De ὥστε (ὡς) particulae usu egerunt:

Seume H., de sententiis consecutivis Graecis. Göttingen 1883.
Fellmann M., de ὡς, ὥστε particulis consecutivis earumque apud tragicos Graecorum poëtas vi et usu. Breslau 1883.
Wilde, de ὥστε particula commentatio (de usu Thucydideo). Görlitz 1861.
Eichner, über die Partikel ὥστε. Gleiwitz 1882.
Walther O., über ὡς bei Herodot. Hameln 1887.
Thomas G., de particulae ὡς usu Herodoteo. Leipzig 1888.

Conspectus rerum tractatarum.

Apud Homerum ὥστε particulae vim comparativam et causalem inesse satis constat. (Exempla collegit Fellmann p. 5 sqq.)

Duobus tantum locis ὥστε particula cum infinitivo coniuncta est:

Od. 17, 20 οὐ γὰρ ἐπὶ σταθμοῖσι μένειν ἔτι τηλίκος εἰμί
ὥστ' ἐπιτειλαμένῳ σημάντορι πάντα πιθέσθαι

Il. 9, 42 εἰ δὲ σοὶ αὐτῷ θυμὸς ἐπέσσυται ὥστε νέεσθαι,
ἔρχεο.

His locis consecutivae constructionis initium esse censendum putavit Classen (annal. phil. 1859 p. 303) atque eandem sententiam contra Lehrsium, qui (de Aristarchi stud. Homer. ed. 2. p. 157) horum locorum alterum eiecit, alterum mutavit, defendit Seume p. 13.

Mihi quidem probatur ea significatio, quam Seume his locis particulae ὥστε inesse vult 'ut fere, ut quodam modo, wie etwa', quae eodem est atque in comparationibus; neque tamen utroque loco sensum infinitivi esse consecutivum contendam. Diversam esse condicionem utriusque loci Seume et ipse concessit, cum dixit (p. 12) in Il. 9. 42 ὥστε particulam omitti potuisse, quod in Od. 17, 20 fieri non posset. Infinitivo πιθέσθαι sensum consecutivum inesse apparet; de infinitivo νέεσθαι autem ab ἐπέσσυται pendente hoc animadvertendum est.

ἐπέσσυμαι significat 'incitari, properare' atque coniungitur cum casu locativo, quo finis properandi exprìmatur ex. c. ἀγορήνδε Il. 2, 208. νῆάδε Od. 13, 19. νομόνδε Il. 18, 575. Eodem modo infinitivis, qui inveniuntur Il. 21, 601 ὁ δ' ἐπέσσυτο ποσσὶ διώκειν et Il. 9, 398 ἐπέσσυτο θυμὸς ἀγήνωρ κτήμασι τέρπεσθαι finem actionis exprimi docet Il. 6, 361

ἤδη γάρ μοι θυμὸς ἐπέσσυται ὄφρ' ἐπαμύνω

Τρώεσσ', οἳ μέγ' ἐμεῖο ποθὴν ἀπεόντος ἔχουσιν, ubi pro infinitivo sententia finalis exstat. Quamobrem illi quoque infi-

nitivo νέεσθαι sensum finalem inesse puto [1]). De hoc infinitivi usu cf. Bäumlein, Untersuchungen über die griech. Modi. Heilbronn 1846 p. 338: 'Der griech. Sprache war es von der ältesten Zeit an bis in die späteste eigen, irgend einer Handlung den Infinitiv beizugeben, um das Ziel, Zweck, Bestimmung, Erfolg, Absicht der Handlung zu bezeichnen. Die älteste Vorstellungsweise nämlich, wie wir nicht nur am Hebräischen, sondern auch am Lateinischen ut c. coni. sehen, hat den Unterschied zwischen Erfolg und Absicht noch nicht gezogen. So lagen in dem griech. Infinitiv beiderlei Verhältnisse ungeschieden in einander'. Habemus igitur apud Homerum duo exempla particulae ὥστε cum infinitivo coniunctae, quorum alterum consecutivum, alterum finalem sensum praebet. Indicativi in sententiis consecutivis ab ὥστε particula pendentibus usum alienum esse ab elocutione Homerica recte monuit Seume p. 39 sq.

De ὥστε particulae usu tragico disseruit M. Fellmann l. c. Quamobrem mihi satis erit pauca tantum ex tragicorum usu proferre, quae maxime animadvertenda esse mihi videntur.

Ac primum quidem tragici poëtae ut Homerus ὥστε particulam in comparationibus usurpant; raro quidem Aeschylus, saepius Sophocles, saepissime Euripides (Exempla collegit Fellmann p. 6 sq. Cf. praeterea Seume p. 19 sq.). Quod ad usum consecutivum et finalem pertinet, tenendum est Aeschylum ὥστε particulam nonnisi cum infinitivo coniunxisse, Sophoclem quoque et Euripidem infinitivo multo saepius quam modis finitis usos esse. Hic habes tabulam, ex qua tragicorum usus perspiciatur:

1. ὥστε particula cum infinitivo coniuncta est:

	praes.	aor.	aor. et praes.	perf. pr.	pr. c. ἄν	aor. c. ἄν	Summa
Aesch.	14	15	—	—	—	—	29
Soph.	29	20	—	—	1	3	53
Eur.	46	58	4	5	—	—	113

1) Nullam esse causam, cur in ὥστε ab origine consecutivam fuisse vim censeamus, Seume et ipse p. 18 concedit.

His centum nonaginta quinque exemplis solum quatuor et quinquaginta opposita sunt, quae ὥστε particulam cum modis finitis coniunctam exhibent.

2. ὥστε particula cum modis finitis coniuncta est:

	pr. ind.	imperf.	aor. ind.	perf. ind.	fut. ind.	pr. opt. c. ἄν	aor. opt. c. ἄν	imperf. c. ἄν	aor. ind. c. ἄν	imper. pr.	aor. opt.	Summa
Aesch.	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Soph.	11	—	5	1	8	1	4	1	—	1	—	32
Eur.	6	1	8	2	1	—	1	—	1	1?	1?	22

(Quod numeri a me allati non congruunt cum eis, quos Fellmann p. 28. 51. 69 dedit, moneo me ab ὥστε particulae exemplis ὡς particulam seiunxisse; de qua vide p. 38 sqq.)

(In citandis tragicorum locis usus sum editione Dindorfiana V. Lipsiae 1869.)

Iam si quaerimus, utra constructio ὥστε particulae prior fuerit, facile ex Homeri et Aeschyli usu intellegi potest infinitivum modis praecedere cf. Seume p. 39.

Atque apud Aeschylum infinitivus non solum finali sensu praeditus est, ut

Eum. 83 μηχανὰς εὑρήσομεν,
ὥστ' ἐς τὸ πᾶν σε τῶνδ' ἀπαλλάξαι πόνων.

aut rem indicat, quae consequi possit vel non possit, ut

Ag. 632 οὐκ οἶδεν οὐδείς, ὥστ' ἐπαγγεῖλαι τορῶς
Coëph. 526 ἢ καὶ πέπυσθε τοὔναρ, ὥστ' ὀρθῶς φράσαι;

sed etiam exprimit rem aliquam re vera consecutam esse, ut

Pers. 244 Ἄτ. πῶς ἂν οὖν μένοιεν ἄνδρας πολεμίους ἐπηλύδας;
Χόρ. ὥστε Δαρείου πολύν τε καὶ καλὸν φθεῖραι στρατόν.

Quodsi igitur infinitivus idoneus videbatur qui rem re vera consecutam exprimeret, hoc quaerendum est, quomodo factum sit, ut ὥστε particulam etiam modi sequerentur. Cuius usus exempla prima apud Sophoclem occurrunt. Quae si perlustra-

bimus, inveniemus ex duobus et triginta exemplis solum in sex sententiam consecutivam cum sententia primaria artius cohaerere, El. 275 ἡ δ' ὧδε τλήμων ὥστε τῷ μιάστορι ξύνεστ', Ἐρινὺν οὔτιν' ἐκφοβουμένη. Ai. 729. OR 533. Trach. 255, ubi aor. ind., Ai. 98. Trach. 576, ubi fut. ind. exstat. Reliquis sex et viginti locis ὥστε particula sententiam consecutivam non aliter antecedenti adnectit ac Latinum 'quamobrem, qua de causa', ita ut sententia consecutiva aut prorsus divelli possit a sententia primaria aut etiam graviore interpunctione divellatur. Exempla sunt haec: OC 82 βέβηκεν, ὥστε πᾶν ἐν ἡσύχῳ, πάτερ, ἔξεστι φωνεῖν. Praeterea pr. ind. invenitur leviore interpunctione praemissa Ai. 668. Trach. 59, fut. ind. OC. 306. El. 1204, aor. opt. c. ἄν OC 565, imperf. c. ἄν OC 271; graviore interpunctione praemissa pr. ind. OR 65. 1528. OC 573. 1189. Trach. 445. 705. 943, aor. ind. Ai. 729. OR 1036, fut. ind. OR 135. 411. OC 1342. El. 1389, perf. et fut. ind. Phil. 75, pr. opt. c. ἄν Ai. 1342, aor. opt. c. ἄν Ai. 213. OR 857. El. 333, imper. pr. El. 1172.

Euripides rarius quam Sophocles modos usurpavit. Atque ex duobus et viginti exemplis undecim tantum sententiam consecutivam cum antecedente artius coniungunt: pr. ind. Med. 569. Hipp. 634. Or. 1114, imperf. Troad. 973, aor. ind. Med. 57. 372. Phoen. 363. 1613. El. 918. Cycl. 159, perf. ind. Or. 91; reliquis undecim locis sententia consecutiva sive leviore sive graviore interpunctione posita prorsus ab antecedente divelli potest. Exempla sunt haec: leviore interpunctione posita: pr. ind. Herc. f. 289. fr. 499, aor. ind. Hipp. 1207, fut. ind. Bacch. 972, aor. opt. c. ἄν Or. 379 [aor. opt. I. A. 418]; graviore interpunctione posita: pr. ind. fr. 46, aor. ind. Herc. f. 598, perf. ind. Alc. 404, aor. ind. c. ἄν Bacch. 712 [imper. pr. El. 953].

Iam quaeramus, quid intersit inter modorum finitorum et infinitivi usum. Ac primum quidem hoc tenendum est finalem sensum semper infinitivo exprimi, ex. c.

Eur. I. A. 1604 πέμπει δ' Ἀγαμέμνων μ' ὥστε σοι φράσαι τάδε
El. 1019 ἡμᾶς δ' ἔδωκε Τυνδάρεως τῷ σῷ πατρί
οὐχ ὥστε θνήσκειν, οὐδ' ἃ γειναίμην ἐγώ.

Phoen. 478 ἐξῆλθον ἔξω τῆσδ' ἑκὼν αὐτὸς χθονός,
δοὺς τῷδ' ἀνάσσειν πατρίδος ἐνιαυτοῦ κύκλον,
ὥστ' αὐτὸς ἄρχειν αὖθις ἀνὰ μέρος λαβὼν
καὶ μὴ δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολεῖν.
I. A. 357 τίνα δὲ πόρον εὕρω πόθεν;
ὥστε μὴ στερέντας ἀρχῆς ἀπολέσαι καλὸν κλέος.
Suppl. 1111 μισῶ δ' ὅσοι χρῄζουσιν ἐκτείνειν βίον
βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασι
παρεκτρέποντες ὀχετὸν ὥστε μὴ θανεῖν.
Hec. 248 Ἑκ. τί δῆτ' ἔλεξας δοῦλος ὢν ἐμὸς τότε;
Ὀδ. πολλῶν λόγων εὑρήμαθ', ὥστε μὴ θανεῖν.

Vis finalis infinitivo inesse censenda est etiam post verba efficiendi Eur. Alc. 298 ἀλλὰ ταῦτα μὲν θεῶν τις ἐξέπραξεν ὥσθ' οὕτως ἔχειν, decernendi Soph. OC 1350 δικαιῶν ὥστ' ἐμοῦ κλύειν λόγους, commovendi Eur. Hel. 1040 πείσειας ἂν τιν' οἵτινες τετραζύγων ὄχων ἀνάσσουσ' ὥστε νῷν δοῦναι δίφρους; prohibendi Eur. I. T. 1378 ἀλλ' εἷργον ἡμᾶς τοξόται πρύμνης ἔπι σταθέντες ἰοῖς, ὥστ' ἀναστεῖλαι πρόσω, paciscendi Eur. Phoen. 591 οὐ γὰρ ἂν ξυμβαῖμεν ἄλλως ἢ 'πὶ τοῖς εἰρημένοις, ὥστ' ἐμὲ σκήπτρων κρατοῦντα τῆσδ' ἄνακτ' εἶναι χθονός.

Post haec verba nunquam inveniuntur tempora finita, sed semper infinitivus, 'nimirum quia hic a verbo regenti non minus pendet, si ὥστε ponitur, quam si deest' (Seume p. 30).

Consecutivum ὥστε igitur solum praeter infinitivum modos finitos admittit. Causam autem, cur Graeci modos finitos ponere inciperent, recte explicasse mihi videtur Seume p. 40: 'infinitivo exprimebatur tantum rem aliquam consequi posse vel potuisse, utrum re vera consecuta esset necne, nullo modo indicabatur, sed supplendum erat; haec ratio ad consecutiones in facto positas exprimendas postea non sufficiebat, sed necesse videbatur eas accuratius distingui temporibus finitis'. Quod quem recte dictum sit, inde cognoscere licet, quod apud tragicos poëtas quidem ex infinitivi temporibus nonnisi praesens (perf. pr.) et aoristus ὥστε particulam sequuntur, cum modorum finitorum tempora sint et praesens et imperf. et aoristus et perfectum et futurum.

Neque tamen modi finiti usum infinitivi suppleverunt adeo,

ut is ad rem re vera consecutam introducendam usurpari desineret ex. c.

Soph. El. 780 ἐγκαλῶν δέ μοι
φόνους πατρῴους δείν' ἐπηπείλει τελεῖν,
ὥστ' οὔτε νυκτὸς ὕπνον οὔτ' ἐξ ἡμέρας
ἐμὲ στεγάζειν ἡδύν, ἀλλ' ὁ προστατῶν
χρόνος διῆγέ μ' αἰὲν ὡς θανουμένην.

Eur. Hel. 108 Ἑλ. ἤδη γὰρ ἧπται καὶ κατείργασται πυρί;
Τε. ὥστ' οὐδ' ἴχνος γε τειχέων εἶναι σαφές.

cf. Soph. Ai. 453. 794. OC 1624. El. 1407. Trach. 175. 629. 1152. Eur. Hec. 246. 250. Phoen. 1182. Suppl. 710. Heracl. 129. Hel. 1609. I. T. 300.

Accedunt permulta alia, quae difficultatem discriminis statuendi augent:

infinitivi cum ἄν coniuncti constructio, quae quater apud Sophoclem invenitur (inf. pr. El. 1316. inf. aor. OR 374. El. 755. Trach. 669)

negationum varietas, cum et apud infinitivum οὐ (Soph. El. 780. Eur. Hel. 108) et apud ind. (fut.) non solum οὐ (Soph. Ai. 98), sed etiam μή (Soph. Trach. 576) exstet.

Soph. Ai. 98 ΑΘ. ἦ καὶ πρὸς Ἀτρείδαισιν ᾔχμασας χέρα;
ΑΙ. ὥστ' οὔποτ' Αἴανθ' οἵδ' ἀτιμάσουσ' ἔτι.

Soph. Trach. 576 ἔσται φρενός σοι τοῦτο κηλητήριον
τῆς Ἡρακλείας, ὥστε μήτιν' εἰσιδὼν
στέρξει γυναῖκα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον.

indicativi usus post sententiam negativam (Eur. Troad. 973. Phoen. 1613) et interrogativam (Soph. OR 533)

Eur. Troad. 973 ἐγὼ γὰρ Ἥραν παρθένον τε Παλλάδα
οὐκ ἐς τοσοῦτον ἀμαθίας ἐλθεῖν δοκῶ
ὥσθ' ἡ μὲν Ἄργος βαρβάροις ἀπημπόλα,
Παλλὰς δ' Ἀθήνας Φρυξὶ δουλεύειν ποτέ

Eur. Phoen. 1613 οὐ γὰρ τοσοῦτον ἀσύνετος πέφυκ' ἐγώ.
ὥστ' εἰς ἔμ' ὄμματ' ἔς τ' ἐμῶν παίδων βίον
ἄνευ θεῶν του ταῦτ' ἐμηχανησάμην.

Soph. OR 533 οὗτος σύ, πῶς δεῦρ' ἦλθες; ἦ τοσόνδ' ἔχεις
τόλμης πρόσωπον ὥστε τὰς ἐμὰς στέγας
ἵκου, φονεὺς ὢν τοῦδε τἀνδρὸς ἐμφανῶς;

Exempla allata docent, quam varia sit apud tragicos poëtas ὥστε particulae constructio. Neque crediderim hanc quaestionem, quid intersit inter modorum finitorum et infinitivi usum, absolvi eo discrimine, quod Fellmann p. 18 sq. statuendum esse putavit:

'a) Si modos finitos usurpatos videmus, sententiae duae, quarum utraque pondus suum suamque vim habet, particula illa ὥστε (ὡς) ita inter sese coniunguntur, ut altera ex altera emanasse videatur, cui rei indicandae particula illa inservit. — Ac sententia maioris momenti posita est in enuntiato consecutivo, non in primario.

b) At, si infinitivum cum ὡς, ὥστε coniunctum perspicimus, sententia altera cum altera artissime coniuncta est. — Quae cum ita sint, si infinitivo ὥστε, ὡς adiectum videmus, sententia maioris momenti plerumque posita est in enuntiato primario, non in infinitivo'.

Hoc discrimen nihil certi habet neque varium ὥστε particulae usum amplectitur. Atque tamen, quamquam, ut recte monet Seume p. 48, certa lex, quae utrum infinitivus an indicativus ponendus sit in universum stricte determinet, non exstat, certae regulae de nonnullis enuntiationum generibus statui possunt. Hanc viam ingressus est Seume, qui (p. 48 sq.) has de infinitivo et indicativo regulas dedit:

'Quattuor causis fit, ut secundaria sententia indicativum habere non possit: primaria aut in infinitivo est dependens ex verbo dicendi sim. aut negativa aut condicionalis aut interrogativa.

p. 51 Indicativo res in facto positae exprimuntur; sed huiuscemodi res etiam infinitivo exprimi vidimus. In nonnullis tantum dictionibus indicativus usitatus est: εἰς τοῦτο ..... ἥκειν, τοσούτου δέω, τοσοῦτον ἀπέχω'.

Recte quidem. Monendum tamen est has regulas nonnisi de sententiis consecutivis valere, nam in sententiis finalibus ὥστε particula introductis infinitivum solum locum habere certa lex est. Praeterea animadvertendum est regulis, quas de infinitivo Seume statuit, non deesse quae repugnent exempla (vide p. 49 sq.) et quae de indicativi usu enuntiationum genera at-

tulit, oratoribus Atticis quidem usitatissima, apud tragicos poëtas et antiquioris prosae orationis scriptores frustra quaeri.

His praemissis iam ad eos scriptores accedam, quos uberius mihi tractandos proposui; atque eum ordinem servabo, ut primo loco ea exempla enumerem, quae finali sensu praedita esse mihi videntur; deinde statuere conabor, quae fuerit in sententiis consecutivis solius infinitivi provincia, postremo de eis enuntiationum generibus agam, ubi et infinitivus et modi finiti in usum vocantur.

Quodsi in exemplis distribuendis paulo subtilius versatus sum atque non solum modorum varias formas distinxi, sed etiam interpunctionis rationem habui, noli putare me huic distinctioni multum tribuere; neque tamen arbitrabar quidquam praetermittendum esse, quod ad usum statuendum pertinere posse videretur.

De ὥστε particulae usu Herodoteo Thucydideo Xenophonteo.

1. ὥστε particula cum infinitivo coniuncta est:

	pr.	aor.	aor. et pr.	perf. (pr.)	pr. et perf. (pr.)	aor. et perf. (pr.)	fut.	pr. c. ἄν	aor. c. ἄν	pr. nud. et pr. c. ἄν	Summa
Her.	34	34	3	1	—	—	2	1	—	—	75
Thuc.	83	52	1	2	1	—	1	2	1	1	144
Xen.	211	49	3	7	5	1	—	1	3	—	280

2. ὥστε particula cum modis coniuncta est:

	pr. ind.	imperf.	aor. ind.	perf. ind.	plusq.	fut. ind.	pr. opt. c. ἄν	aor. opt. c. ἄν	imperf. c. ἄν	aor. ind. c. ἄν	imper. pr.	opt. pr. aor. fut.	Summa
Her.	13	13	16	3	1	5	2	1	2	—	1	—	57
Thuc.	23	22	21	—	2	2	3	3	—	2	4	—	82
Xen.	103	87	66	10	6	16	10	10	2	2	3	4	319

Praeterea apud Herodotum duobus et viginti locis ὥστε particula cum participio coniuncta est.

De ὥστε particulae usu Herodoteo.

Cum infinitivo ὥστε particula coniuncta est his quinque et septuaginta locis:

a) praes. I 17. 98. 116. 212. II 12. 71. 79. 120. 158. 172. III 14. 14. 15. 23. 67. IV 50. 145. V 30. 92α. VII 6. 9β. 20. 175. VIII 15. 22. 52. 57. 132. 141. 144. IX 13. 38. 60. 61.

b) aor. I 9. 74. 82. 107. II 126. 141. III 48. IV 136. 160. 198. V 65. 105. VI 5. 18. 109. 126. VII 13. 117. 130. VIII. 19. 27. 57. 84. 88. 90. 92. 96. 106. 113. 138. IX 61. 70. 73. 94.
c) aor. et pr. IV 46. IX 37. 100.
d) perf. pr. III 71.
e) fut. I 189. VIII 106.
f) praes. c. ἄν III 105.

Secundum eum ordinem, quem supra (p. 8) dixi me servaturum esse, haec exempla iam ita disponam, ut primo loco enumerem, quae mihi finali sensu praedita esse videntur. De finali sensu autem dubitari non potest, ubi ὥστε particula praemissa infinitivus pendet a verbis efficiendi, decernendi, commovendi, prohibendi, paciscendi. Exempla sunt haec:

a) verba efficiendi: ταῦτα ποιήσω I 116 (saepius invenitur ποιέειν ὅκως (μή) c. fut. ind. I 209. V 23. 36. 109. VII 18. IX 91). μηχανήσομαι οὕτω I 9. συμμαχέει I 98. συνεπελάβοντο III 48. τὴν ὥρην αὐτῷ μελήσειν VIII 19. ἐξήειρε VI 126. ἐπέζεσε VII 13.

b) decernendi: μεταβουλεύσασθαι VIII 57 (fut. ind. et pr. inf. III 36).

c) commovendi: ἔπειθε VI 5. ἀνέπεισε VII 6. προσηγάγετο II 172. ἐνῆγε IV 145. παραστησόμεθα IV 136.

d) prohibendi: οὔτε σφέας Εὐρυβιάδης κατέχειν δυνήσεται οὔτε τις ἀνθρώπων ἄλλος ὥστε μὴ οὐ διασκεδασθῆναι τὴν στρατιήν VIII 57.

e) paciscendi: συνέβησαν ὥστε τριηκοσίους ἑκατέρων μαχέσασθαι I 82. παρέστησαν ὥστε ἐν πέντε ἡμέρῃσι ἐκχωρῆσαι V 65. (Simili sensu ἐπ' ᾧτε, ἐπ' ᾧ et cum inf. (pr. I 22 aor. VII 154) et cum fut. ind. (III 83. V 82. VI 65. VII 153. 158. VIII 4) coniungitur.

Finalis vis infinitivo inesse censenda est his quoque locis: εἰ δὲ καὶ ἠπιστήθη μὴ πολυπρηγμονέειν, ἀπέλαβε ἂν Αἴγυπτον ὥστε ἐπιτροπεύειν αὐτῆς III 15. τῆς (διώρυχος) μῆκος μέν ἐστι πλόος ἡμέραι τέσσερες, εὖρος δὲ ὠρύχθη ὥστε τριήρεας δύο πλέειν ὁμοῦ ἐλαστρεομένας II 158. τὸ δὲ μέγιστον οὕτω σφι ἀνεύρηται ὥστε ἀποφυγεῖν τε μηδένα ἐπελθόντα ἐπὶ σφέας, μὴ

βουλομένους τε ἐξευρεθῆναι καταλαβεῖν μὴ οἷόν τε εἶναι IV 46. Dubium esse non potest, quin verba ὥστε ἐπιτροπεύειν αὐτῆς (III 15) finem actionis exprimant atque idem significent quod Latinum 'Aegyptum administrandam accepisset'; infinitivis πλέειν (II 158) et ἀποφυγεῖν, μὴ οἷόν τε εἶναι (IV 46) consilium exprimi sententiarum nexus docet. Quae consili notio modis finitis ab ὥστε particula pendentibus numquam inest.

Ut iam transeam ad consecutivum ὥστε particulae usum, incipiam

a) ab infinitivo verba συνήνεικε, συνέπιπτε, συνέβη (ὥστε particula praemissa) sequente, quae et ipsa nunquam modos admittunt, quia infinitivus ab illis verbis non minus pendet, si ὥστε ponitur, quam si deest. Exempla sunt haec: συνήνεικε I 74. III 14. 71. VIII 90. συνέπιπτε VIII 15. 132. 141. συνέβη VIII 88.

b) Sententia primaria est negativa: οὐ μὲν οὐδὲ ἡ βασιληίη ἐς Ἀλέξανδρον περιήιε, ὥστε γέροντος Πριάμου ἐόντος ἐπ' ἐκείνῳ τὰ πρήγματα εἶναι II 120. V 30. VII 9 β. IX 38. IV 198. (Quae repugnant exempla, II 120, ubi imperf., et VII 16, γ, ubi fut. ind. exstat, vide p. 50.)

c) Sententia primaria comparativum cum ἤ coniunctum continet: τὰ μὲν οἰκήια ἦν μέζω κακὰ ἢ ὥστε ἀνακλαίειν III 14. VIII 22.

d) Sententia primaria est condicionalis IX 100.

e) Sententia primaria ipsa pendet

1. in infinitivo posita ex verbo dicendi sim.:

ἀσθενὲς δὲ τὸ ὕδωρ τῆς κρήνης ταύτης οὕτω δή τι ἔλεγον εἶναι οἱ κατάσκοποι ὥστε μηδὲν οἷόντε εἶναι ἐπ' αὐτοῦ ἐπιπλέειν. III 23. καί οἱ ἐγένετο θυγάτηρ, τὴν ἐδόκεε Ἀστυάγης ἐν τῷ ὕπνῳ οὐρῆσαι τοσοῦτο ὥστε πλῆσαι τὴν ἑωυτοῦ πόλιν I 107. II 126. 141. V 105. VIII 84. ἢν μέν νυν μὴ συμβάλωμεν, ἔλπομαί τινα στάσιν μεγάλην διασείσειν ἐμπεσοῦσαν τὰ Ἀθηναίων φρονήματα ὥστε μηδίσαι VI 109. Κῦρος οἱ ἐπηπείλησε οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς μιν εὐπετέως τὸ γόνυ οὐ βρεχούσας διαβήσεσθαι I 189. in oratione obliqua: εἶναι δὲ ταχυτῆτα οὐδενὶ ἑτέρῳ ὅμοιον, οὕτω ὥστε, εἰ μὴ προλαμβάνειν τοὺς Ἰνδοὺς τῆς ὁδοῦ ἐν ᾧ τοὺς

μύρμηκας συλλέγεσθαι, οὐδένα ἂν σφεων ἀποσώζεσθαι III 105. τὸν γὰρ ποταμὸν πρῆγμα ἂν ἦν μοῦνον ἐπεῖναί σφεων ἐπὶ τὴν χώρην, ὥστε Θεσσαλίην πᾶσαν ἔξω τῶν ὀρέων ὑπόβρυχα γενέσθαι VII 130. (Verba quae leguntur I 75 ὥστε ... ἀμφοτέρῃ διαβατὸς ἐγένετο in oratione obliqua parenthesis locum habere putanda sunt.)

2. in participio posita ex verbo sentiendi:

αὐτὸς οὕτω κάρτα δοκέω εἶναι, ἰδών τε τὴν Αἴγυπτον προκειμένην τῆς ἐχομένης γῆς κογχύλιά τε φαινόμενα ἐπὶ τοῖσι ὄρεσι καὶ ἅλμην ἐπανθέουσαν, ὥστε καὶ τὰς πυραμίδας δηλέεσθαι II 12. συνοίδαμεν ὑμῖν ὑπὸ τὸν παρεόντα τόνδε πόλεμον ἐοῦσι πολλὸν προθυμοτάτοισι, ὥστε καὶ ταῦτα ἐσακούειν IX 60.

3. ex ὅτι coniunctione:

ἐξήλαυνε δὲ τῶνδε εἵνεκεν, ὅτι οὔτε ἱππασίμη ἡ χώρη ἦν ἡ Ἀττική, εἴ τε νικῷτο συμβαλών, ἀπάλλαξις οὐκ ἦν ὅτι μὴ κατὰ στεινόν, ὥστε καὶ ὀλίγους σφέας ἀνθρώπους ἴσχειν IX 13. (In sententia, quae exstat II 19 ὥστε βραχὺς τὸν χειμῶνα ἅπαντα διατελέει ἐὼν post πρόθυμος ἔα τάδε παρ' αὐτῶν πυθέσθαι ὅτι etc. eodem modo ac supra in I 75 parenthesis statuenda esse mihi videtur.)

f) infinitivus cum ὥστε coniunctus explicandi causa ad pronomen demonstrativum accedit: εἰ γὰρ δὴ τοῦτό γε δοκέει ὑμῖν εἶναι χρηστὸν ὥστε τυραννεύεσθαι τὰς πόλις, αὐτοὶ πρῶτοι τύραννον καταστησάμενοι παρὰ σφίσι αὐτοῖσι οὕτω καὶ τοῖσι ἄλλοισι δίζησθε κατιστάναι V 92[a].

In his, quae hucusque enumeravi, exemplorum generibus forma ipsa infinitivum postulat; praeterea

g) infinitivus solus aptus est, qui rem exprimat, quae non revera consequatur vel consecuta sit, sed consequi possit vel potuerit: ταῦτα γὰρ (sc. Thermopylae et Artemisium) ἀγχοῦ τε ἀλλήλων ἐστὶ ὥστε πυνθάνεσθαι τὰ κατὰ ἑκατέρους ἐόντα VII 175. Huc trahi posse mihi videtur etiam II 71: τὸ δέρμα αὐτοῦ οὕτω δή τι παχύ ἐστι ὥστε αὔου γενομένου ξυστὰ ποιέεσθαι ἐξ αὐτοῦ.

Exstant autem permulta exempla, in quibus neque forma neque sensus infinitivum postulare videtur, quippe quae rem exprimant, quae revera consequatur vel consecuta sit. Hic est

ille infinitivi usus, qui solus difficultatem discriminis inter infinitivum et modos finitos statuendi praebet. Quo in discrimine statuendo quia nonnulli de pronomine demonstrativo praemisso aut non praemisso cogitaverunt, exempla disponam ac primum quidem ea afferam, in quibus

a) pronomen demonstrativum non antecedit:

1. praes. inf. α) post praes. ind. καί σφι ἤδη στείχουσι ἐπιτίθενται οἱ ἀντιταχθέντες Ἑλλήνων τῶν μετὰ βασιλέος γενομένων, ὥστε μηκέτι δύνασθαι βοηθῆσαι IX 61. II 79. IV 50. β) post imperf. προσιόντων τῶν βαρβάρων πρὸς τὰς πύλας ὀλοιτρόχους ἀπίεσαν, ὥστε Ξέρξην ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἀπορίῃσι ἐνέχεσθαι VIII 52. I 17. γ) post aor. ind. ἀπεδέξατο ἐς τοὺς ὑπηκόους πάντας εὐεργεσίας μεγάλας, ὥστε ἀποθανόντος αὐτοῦ πόθον ἔχειν πάντας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ III 67 VII 20.

2. aor. inf. α) post imperf. τῶν ναυηγίων πολλὰ ὑπολαβὼν ἄνεμος Ζέφυρος ἔφερε τῆς Ἀττικῆς ἐπὶ τὴν ἠιόνα καλεομένην Κωλιάδα, ὥστε ἀποπλησθῆναι τὸν χρησμὸν τόν τε ἄλλον πάντα ·καὶ δὴ καὶ κατὰ τὰ ναυήγια τὰ ταύτῃ ἐξενειχθέντα τὸ εἰρημένον VIII 96. 106. 113. IX 94. β) post aor. ind. τὸν δὴ περιάγουσα ἅμα τοῖσι Πέρσῃσι ἥλω νηῦς ἡ Σιδωνίη, ὥστε Πυθέην οὕτω σωθῆναι ἐς Αἴγιναν VIII 92. VI 18. VII 117.

3. fut. inf. post aor. ind.: (οἱ θεοί)σε ποιήσαντα ἀνόσια ὑπήγαγον ἐς χεῖρας τὰς ἐμάς, ὥστε σε μὴ μέμψεσθαι τὴν ἀπ' ἐμέο τοι ἐσομένην δίκην VIII 106.

b) pronomen demonstrativum antecedit:

1. praes. inf. α) post praes. ind. (ἀμπελίνῳ καρπῷ) ἐμπιπλάμενοι μαίνεσθε οὕτω ὥστε κατιόντος τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα ἐπαναπλέειν ὑμῖν ἔπεα κακά I 212. β) post aor. ind. προείδετε ἡμέων οἰκοφθορημένων οὕτω ὥστε ἐπιθρέψαι ἐθέλειν ἡμέων τοὺς οἰκέτας VIII 144.

2. aor. inf. α) post praes. ind. τοῖσι Δεκελεῦσι ἐν Σπάρτῃ ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου ἀτελείη τε καὶ προεδρίη διατελέει ἐς τόδε αἰεὶ ἔτι ἐοῦσα οὕτω ὥστε καὶ ἐς τὸν πόλεμον τὸν ὕστερον γενόμενον Δεκελέης ἀποσχέσθαι IX 73. β) post imperf. οἱ Πέρσαι ἀπίεσαν τῶν τοξευμάτων πολλὰ ἀφειδέως, οὕτω ὥστε τὸν Παυσανίην ἐπικαλέσασθαι τὴν θεόν IX 61. 70. γ) post aor. ind. τούτους ὧν αἵ τε φυλακαὶ τῶν Θεσσαλῶν πρῶται ἰδοῦσαι

ἐφοβήθησαν καὶ μετὰ τὰς φυλακὰς αὐτὴ ἡ στρατιὴ οὕτω ὥστε τετρακισχιλίων κρατῆσαι νεκρῶν καί ἀσπίδων Φωκέας VIII 27. οὗτος μέγας οὕτω ἐρρύη ὥστε τοὺς ἱππέας μὴ οἵους τε γενέσθαι διαβῆναι VIII 138. ἐνίκησαν τοὺς Κυρηναίους τοσοῦτο ὥστε ἑπτακισχιλίους ὁπλίτας Κυρηναίων ἐνθαῦτα πεσεῖν IV 160.

3. aor. et praes. inf. post aor. ind. διορύξας τὸν τοῖχον ἀπέδρη ἐς Τεγέην τὰς μὲν νύκτας πορευόμενος, τὰς δὲ ἡμέρας καταδύνων ἐς ὕλην καὶ αὐλιζόμενος, οὕτω ὥστε Λακεδαιμονίων πανδημεὶ διζημένων τρίτῃ εὐφρόνῃ γενέσθαι ἐν Τεγέῃ, τοὺς δὲ ἐν θώματι μεγάλῳ ἐνέχεσθαι τῆς τόλμης IX 37.

In nonnullis horum locorum οὕτω non ad singulas voculas pertinere, sed totius enuntiationis primariae qualitatem eundem in modum comprehendere ac nostrum 'so' in 'so dass' vel Latinum 'ita' in 'ita ut' recte monuit Seume p. 35; huc referenda sunt ex exemplis supra allatis: VIII 27. IX 37. 61. 73 (in oratione obliqua III 105). Ceteris autem locis I 212. VIII 144. IX 70 (I 9. IV 136 ὥστε particulam finali sensu praeditam exhibent) οὕτω adverbium ad singulas voces accedit neque aliter usurpatum esse censendum est atque οὕτω in οὕτω ἐρρύη ὥστε VIII 138 et τοσοῦτο in ἐνίκησαν τοσοῦτο ὥστε IV 160. Quamquam igitur apud Herodotum οὕτω ὥστε saepius in unum coaluisse videtur atque eodem munere fungitur quo apud ceteros simplex ὥστε (Seume p. 36), tamen hoc statuendum est infinitivo ab ὥστε particula pendente et praemisso et non praemisso pronomine vel adverbio demonstrativo rem revera consecutam exprimi.

Omnium autem, quae apud Herodotum occurrunt, exemplorum clarissime hanc ὥστε particulae vim exhibere mihi videtur illud, quod iam supra attuli, VIII 92: τὸν δὴ περιάγουσα ἅμα τοῖσι Πέρσῃσι ἧλω νηῦς ἡ Σιδωνίη, ὥστε Πυθέην οὕτω σωθῆναι ἐς Αἴγιναν, nam adverbium οὕτω in sententia consecutiva positum docet ὥστε particulam ad pronomen in antecedente sententia supplendum non referendum esse, sed prorsus seiungi posse sententiam consecutivam a sententia primaria.

Neque tamen, ut iam supra dixi, hic usus infinitivi, quippe qui et modorum et temporum certo discrimine careret, sufficiebat ad consecutionum varia genera exprimenda, sed

necesse videbatur ea accuratius distingui modis et temporibus finitis.

Ac primum quidem invenitur ὥστε particula cum modis coniuncta

a) pronomine vel adverbio demonstrativo praemisso his locis :

1. praes. ind. α) post praes. ind. τὸν δὲ τῆς Δήμητρος καρπὸν ὧδε ἀγαθὴ ἐκφέρειν ἐστὶ ὥστε ἐπὶ διηκόσια μὲν τὸ παράπαν ἀποδιδοῖ I 193. II 87. V 16. VIII 29. β) post aor. ind. τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν οὕτω δή τι ἐποίησε σκολιὸν ὥστε δὴ τρὶς ἐς τῶν τινα κωμέων ἀπικνέεται ῥέων I 185. γ) post perf. ind. μεμηχάνηται οὕτω τοῦτο τὸ τεῖχος ὥστε ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου κύκλος τοῖσι προμαχεῶσι μούνοισί ἐστι ὑψηλότερος I 98.

2. imperf. α) post imperf. τάλαντα προσήιε . . . συχνὰ οὕτω ὥστε τὸ ἐπίπαν Θασίοισι προσήιε ἔτεος ἑκάστου διηκόσια τάλαντα VI 46. β) post aor. ind. οἱ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλληνες ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο ὥστε ἔνιοι τῶν στρατηγῶν οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα VIII 56. De imperf. post sententiam negativam (II 120) v. p. 50.

3. aor. ind. α) post imperf. ἡ δὲ δευτέρη σφι ἀγγελίη ἐπεσελθοῦσα συνέχεε οὕτω ὥστε τοὺς κιθῶνας κατερρήξαντο πάντες, βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἀπλέτῳ VIII 99. β) post aor. ind. Ἄργος ἀνδρῶν ἐχηρώθη οὕτω ὥστε οἱ δοῦλοι αὐτῶν ἔσχον πάντα τὰ πρήγματα VI 83. III 50. IV 159. Aor. ind. post sent. interr. (I 32) v. p. 50.

4. plusquamperfectum post imperf. κυνῶν Ἰνδικῶν τοσοῦτο δή τι πλῆθος ἐτρέφετο ὥστε τέσσερες τῶν ἐν τῷ πεδίῳ κῶμαι μεγάλαι τοῖσι κυσὶ προσετετάχατο σιτία παρέχειν I 192.

5. fut. ind. post praes. ind. αἱ μὲν τῶν Περσέων κεφαλαί εἰσι ἀσθενέες οὕτω ὥστε, εἰ θέλεις ψήφῳ μούνῃ βαλεῖν, διατετρανέεις, αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων οὕτω δή τι ἰσχυραί, μόγις ἂν λίθῳ παίσας διαρρήξειας III 12. De III 36 v. p. 47, de VII 16 γ v. p. 50.

6. aor. opt. c. ἂν post praes. ind. τὸ δὲ θυμιᾶται ἐπιβαλλόμενον καὶ ἀτμίδα παρέχεται τοσαύτην ὥστε Ἑλληνικὴ οὐδεμία ἄν μιν πυρίη ἀποκρατήσειε IV 75.

His exemplis adiungo ea, in quibus

b) οὕτω ὥστε in unum coaluisse videtur atque eodem munere fungitur quo simplex ὥστε:

1. praes. ind. post praes. ind. τοῦτον τὸν χρόνον καίει (ὁ ἥλιος) πολλῷ μᾶλλον ἢ τῇ μεσαμβρίῃ τὴν Ἑλλάδα, οὕτω ὥστε ἐν ὕδατι λόγος αὐτούς ἐστι βρέχεσθαι τηνικαῦτα III 104.

2. imperf. α) post imperf. I 96. β) post plusq. VII 118. IX 118.

3. aor. ind. post imperf. VI 120. IX 67.

4. perf. (pr.) ind. post imperf. III 57.

Ut οὕτω ὥστε in his exemplis, ita etiam omnibus ceteris locis

c) simplex ὥστε, sive levior sive gravior interpunctio antecedit, sententiam consecutivam non firmiore vinculo sententiae antecedenti adiungit quam Latinum 'itaque'.

Atque post leviorem quidem interpunctionem exstant

1. praes. ind. α) post praes. ind. καὶ αὐτοὶ τοῦτό γε ἐπιστάμεθα ὅτι πολλαπλησίη ἐστὶ τῷ Μήδῳ δύναμις ἤ περ ἡμῖν, ὥστε οὐδὲν δεῖ τοῦτό γε ὀνειδίζειν VIII 143. VII 9β. β) post aor. ind. III 59.

2. imperf. α) post imperf. IX 42. β) post aor. ind. VII 174. IX 11.

3. aor. ind. α) post imperf. IV 42. 152. VII 191. β) post aor. ind. III 159. VI 27. VII 170.

4. perf. ind. α) post praes. ind. V 91. β) post perf. et pr. ind. IV 199.

5. fut. ind. α) post praes. ind. VIII 140α. β) post fut. ind. I 155.

6. praes. opt. c. ἄν α) post praes. ind. II 16. β) post aor. opt. c. ἄν II 173.

7. imperf. c. ἄν post praes. ind. II 22.

Gravior autem interpunctio antecedit his locis:

1. praes. ind. I 105. VII 187 (in II 19 sententia consecutiva parenthesis locum tenet).

2. imperf. I 8. VII 197. 233. IX 122.

3. aor. ind. VII 190. IX 80 (I 75).

4. imperf. c. ἄν II 43.

5. imper. praes. IX 42: ὥστε ὑμέων ὅσοι τυγχάνουσι εὔνοοι ἐόντες Πέρσῃσι, ἥδεσθε τοῦδε εἵνεκα ὥς περιεσομένους ἡμέας Ἑλλήνων.

Restat ut commemorem ὥστε particulae cum participio coniunctae eandem atque ἅτε particulae causalem vim inesse: οἱ Αἰγινῆται ἀπέστησαν ἀπὸ τῶν Ἐπιδαυρίων. ἅτε δὲ ἐόντες διάφοροι ἐδηλέοντο αὐτούς, ὥστε δὴ θαλασσοκράτορες ἐόντες, καὶ δὴ καὶ τὰ ἀγάλματα ταῦτα ὑπαιρέονται αὐτῶν. V 83. ἅτε δὲ τοῦ Περσικοῦ μὲν τοῦ πολλοῦ ἐόντος πεζοῦ στρατοῦ καὶ τὰς ὁδοὺς οὐκ ἐπισταμένου, ὥστε οὐ τετμημένων τῶν ὁδῶν, τοῦ δὲ Σκυθικοῦ ἱππότεω καὶ τὰ σύντομα τῆς ὁδοῦ ἐπισταμένου, ἁμαρτόντες ἀλλήλων ἔφθησαν πολλῷ οἱ Σκύθαι τοὺς Πέρσας ἐπὶ τὴν γέφυραν ἀπικόμενοι IV 136. I 73. 73. 127. II 12. V 19. 35. 42. 101. VI 44. 52. 94. 136. VII 129. 129. VIII 118. IX 37. 37. 49. 70. 76.

De ὥστε particulae usu Thucydideo.

Exstant apud Thucydidem, ut supra dixi, centum quadraginta quatuor loci, quibus ὥστε particula cum infinitivo coniuncta est, duo et octoginta, qui verbum finitum praebent. Infinitivi exempla sunt haec:

a) praes. I 28, 5. 29, 3. 34, 3. 40, 4. 41, 1. 41, 1. 44, 1. 49, 7. 76, 3. 81, 1. 84, 3. 90, 3. 91, 4. 121, 5. 124, 3. 130, 2. 136, 1. 141, 7. II 2, 4. 4, 3. 40, 3. 40, 4. 51, 6. 75, 3. 75, 5. 76, 2. III 21, 2. 21, 3. 25, 2. 28, 1. 31, 1. 43, 2. 44, 4. 64, 3. 75, 1. 87, 2. 92, 4. 114, 3. IV 12, 3. 64, 1. 65, 1. 78, 4. 81, 2. 97, 4. 104, 4. 130, 6. 132, 2. 132, 3. V 17, 2. 17, 2. 27, 2. 34, 2. 40, 2. 49, 1. 61, 5. 64, 3. 94. VI 7, 1. 77, 2. 88, 8. 90, 4. VII 11, 3. 34, 1. 36, 4. 49, 1. 62, 4. 75, 4. 77, 5. VIII 20, 2. 45, 2. 46, 5. 54, 4. 63, 3. 76, 5. 76, 6. 79, 1. 81, 1. 84, 3. 86, 6. 86, 8. 87, 1. 90, 4. 104, 5.

b) aor. I 12, 1. 36, 2. 49, 7. 50, 3. 54, 2. 80, 1. 119. 120, 2. 129, 3. II 58, 2. 101, 5. III 23, 5. 28, 2. 36, 5. 36, 6. 66, 2. 70, 5. 75, 1. 100, 1. 102, 6. 108, 1. IV 23, 2. 36, 2. 37, 2. 46, 2. 47, 2. 79, 3. 100, 4. V 14, 1. 16, 2. 35, 5.

35, 7. 37, 1. 74, 3. 78. 116, 3. VI 70, 1. VII 14, 3. 48, 3. 82, 2. 83, 2. 86, 3. VIII 5, 2. 14, 2. 45, 1. 45, 3. 47, 2. 56, 2. 56, 4. 66, 4. 93, 3. 108, 1.

c) aor. et praes. I 29, 5.

d) perf. IV 46, 3. VI 12, 1.

e) praes. et perf. VII 6, 4.

f) fut. III 34, 3.

g) praes. c. ἄν IV 29, 3. VII 42, 3.

h) aor. c. ἄν IV 73, 3.

i) praes. nud. et pr. c. ἄν II 49, 5.

Ex his exemplis plurima finali vi praedita esse mihi videntur ac primum quidem ea, in quibus infinitivus ὥστε particula praemissa pendet a verbis efficiendi, decernendi, commovendi, prohibendi, paciscendi.

a) verba efficiendi: ἔπραξαν οἱ αὐτοὶ ἄνδρες ὥστε Ἀργείους σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν ποιήσασθαι πρὸς Λακεδαιμονίους V 78. ξυνελάβοντο IV 47, 2. προυθυμήθη VII 86, 3. φυλάξατε VII 77, 5. παρασκευάσας VIII 54, 4. παρεσκεύαστο VIII 14, 2. ξυνέβη IV 79, 3. ἐς τοῦτο ἠναγκάσμεθα VII 62, 4. ξυνέπεσεν ἐς τοῦτο ἀνάγκης I 49, 7. ἐς τοῦτο περιέστη ἡ τύχη IV 12, 3. ἐνενικήκει III 36, 6. τρέπεται ἐπὶ τοιόνδε εἶδος VI 77, 2. VIII 56, 2. κρατοῦντες τῷ πλήθει IV 104, 4. ἐς τοιοῦτον καταστήσονται VIII 76, 5.

b) verba decernendi: ψηφίζεσθαι V 17, 2. VI 88, 8. εἶχον τὴν γνώμην III 25, 2. τῆς αὐτῆς γνώμης ἐχόμενος VIII 81, 1. δόξαν αὐτοῖς ἀπὸ ξυνόδου VIII 79, 1. ἐπαγγελλόμενοι ὥστε βοηθεῖν VIII 86, 8 (ἐπαγγέλλεσθαι accedit ad notionem pollicendi cf. VI 88, 6).

c) verba commovendi: πείθειν II 2, 4. III 31, 1. 66, 2. 70, 5. 75, 1. 100, 1. 102, 6. V 16, 2. 35, 7. VIII 45, 3. ἀναπείθειν II 101, 5. VIII 5, 2. προυτρέψαντο VIII 63, 3. παρεσκεύασαν III 36, 5. δεηθέντες I 119. ἐπεσταλμένοι ὥστε ἀπαγγεῖλαι V 37, 1. ἐπικηρυκευόμενον πρὸς αὐτὸν ὥστε μὴ ἀπανίστασθαι VII 49, 1. οὐχὶ διδαχῆς δέονται ὥστε φυλάξασθαι αὐτούς I 120, 2. τὴν πρόκλησιν ὥστε μηδ' ἑτέροις ἀμύνειν III 64, 3. ἀφικομένης ἐπιστολῆς ὥστ' ἀποκτεῖναι VIII 45, 1. προσπέμψαντος λόγους ὥστε μνησθῆναι VIII 47, 2.

d) verba prohibendi: κατέσχον ὥστε μὴ ... διαφθείρεσθαι IV 130, 6. διεκώλυσε ὥστε μηδὲ πειρᾶσθαι IV 132, 2. κωλύσειν [ὥστε μὴ περιπλεῖν] VII 36, 4. (seclusa del. Cobet). ἀποστρέψειε ὥστε μὴ ἐλθεῖν VIII 108, 1. ἀπεχόμενοι ὥστε μὴ ἐμβάλλειν τινί I 49, 7. εἴρχθησαν ὥστε μὴ θύειν V 49, 1. (καί σε μήτε νὺξ μήθ' ἡμέρα ἐπισχέτω ὥστε ἀνεῖναι πράσσειν τι ὧν ἐμοὶ ὑπισχνεῖ I 129, 3. v. p. 46). καὶ ὑμῖν ἔστω τι τεκμήριον, ὥστε ἀπάτῃ μὴ παράγεσθαι ὑπ' αὐτῶν I 34, 3.

e) verba paciscendi: ξυνέβησαν ὥστε ξύμμαχοι εἶναι V 61, 5. IV 46, 2. ξυνεχώρησαν V 116, 3. VIII 93, 3. ἀλλήλοις ξυνεχωρεῖτο V 17, 2. ξυνηνέχθησαν γνώμῃ IV 65, 1. ποιοῦνται ὁμολογίαν III 28, 1. ὁμολογία γίγνεται VII 82, 2. σπείσασθαι VI 7, 1. VIII 20, 2. ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι I 44, 1. V 27, 2. σπονδὰς ποιεῖσθαι III 75, 1. σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι III 114, 3. παραστήσασθαι ὁμολογίᾳ I 29, 5. διεκόμισαν ὑποσπόνδους IV 46, 3. Eundem sensum „ea condicione ut" exhibet ὥστε particula post ἀποδοῦναι VII 83, 2. παραδοῦναι IV 37, 2. ἔχειν I 136, 1. ἀναστῆσαι III 28, 2. δέξασθαι V 94. ἑτοῖμοι δὲ εἶναι καὶ ὥστε ἀμφοτέρους μένειν κατὰ χώραν I 28, 5. (Simili sensu ἐφ' ᾧ cum fut. ind. coniungitur I 103, 1. 113, 3. 126, 11. IV 30, 4.) De III 34, 3, ubi futuri infinitivus eandem vim habere videtur, v. p. 45.

Sed non solum post haec verba, quorum permulta etiam non praemissa ὥστε particula infinitivum regere solent, a nullo quoque verbo pendens ὥστε finem actionis exprimit, ut idem valeat ac nostrum „um zu" cum infinitivo coniunctum:

τὸ ἕκτον μέρος σφῶν αὐτῶν ἀποπέμψαντες ἐπ' οἴκου, ὥστε τὰ οἴκοι φρουρεῖν, ἀφικνοῦνται ἐς Τεγέαν V 64, 3. τῶν ἡβώντων αὐτῷ παρανόμως ἄνδρας ἐξῆγον ἐκ Σπάρτης, ὥστε τῶν πόλεων ἄρχοντας καθιστάναι καὶ μὴ τοῖς ἐντυχοῦσιν ἐπιτρέπειν IV 132, 3. λαβὼν ἃ ᾐτήσατο, ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ὁρμήσας, ὥστε μὴ ἰδεῖν ἐκείνους, περιελθὼν ἔλαθε IV 36, 2. σκοποῦντες καιρὸν εἴ τις παραπέσοι ὥστε τοὺς ἄνδρας σῶσαι IV 23, 2. τῇ δὲ στρατιᾷ προστάξειν ἔφη (Τισσαφέρνης) Ταμὼν ἑαυτοῦ ὕπαρχον, ὥστε τροφήν, ἐν ὅσῳ ἂν αὐτὸς ἀπῇ, διδόναι VIII 87, 1. ὥρμησαν ἐκραγέντες ἐπὶ τὸν Ἀστύοχον ὥστε βάλλειν VIII 84, 3.

Huc praeterea pertinere mihi videntur: I 29, 3. 121, 5. II 40, 4. 75, 3. V 34, 2. VI 90, 4. VIII 45, 2. 56, 4. 66, 4.

Si concesseris his, quos hucusque enumeravi, infinitivis vim finalem inesse, non ita multa exempla supersunt, quae infinitivum vi consecutiva praeditum exhibent. Atque ut eundem quem apud Herodotum ordinem servem, occurrit infinitivus

a) post verbum ξυνέβη ὥστε id est 'accidit ut': ξυνέβη εὐθὺς μετὰ τὴν ἐν Ἀμφιπόλει μάχην ὥστε πολέμου μηδὲν ἔτι ἅψασθαι μηδετέρους V 14, 1. (ad sensum verborum efficiendi accedit ξυνέβη IV 79, 3; verbum paciscendi est ξυμβαίνειν IV 46, 2. V 61, 5.)

b) post sententiam negativam: οὐκ ἐχθροὶ ὄντες ὥστε βλάπτειν οὐδ' αὖ φίλοι ὥστ' ἐπιχρῆσθαι I 41, 1. II 51, 6. III 23, 5. 44, 4. IV 64, 1. 78, 4. V 35, 5. 74, 3. De I 129, 3 v. p. 46.

c) post comparativum cum ἢ coniunctum: σωφρονέστερον ἢ ὥστε ἀνηκουστεῖν I 84, 3. VIII 46, 5.

d) post sententiam condicionalem: εἰ δὲ προσγενήσεται ἓν ἔτι τοῖς πολεμίοις, ὥστε τὰ τρέφοντα ἡμᾶς χωρία τῆς Ἰταλίας πρὸς ἐκείνους χωρῆσαι, διαπεπολεμήσεται αὐτοῖς ἀμαχεί VII 14, 3. VIII 86, 6.

e) Sententia primaria ipsa pendet

1. in infinitivo posita ex verbo dicendi, existimandi sim.

τοὺς γὰρ Βοιωτοὺς ᾤοντο πεπεῖσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐς τὰς Ἀθηναίων σπονδὰς ἐσιέναι, τούς τε Ἀθηναίους εἰδέναι ταῦτα, ὥστε οὐδὲ πρὸς Ἀθηναίους ἔτι σφίσιν εἶναι ξυμμαχίαν ποιήσασθαι V 40, 2. III 92, 4. I 124, 3.

(ἐνόμιζε) τοῦ αὐτῶν στρατοπέδου καταφανῆ ἂν εἶναι πάντα τὰ ἁμαρτήματα, ὥστε προσπίπτειν ἂν αὐτοὺς ἀπροσδοκήτως ᾗ βούλοιντο IV 29, 3. 73, 3. De ἄν part. v. p. 57 sq. Huc pertinent orationis obliquae exempla: ὥστε Βοιωτοὺς προαγορεύειν αὐτοὺς ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἀπιόντας ἀποφέρεσθαι τὰ σφέτερα αὐτῶν IV 97, 4. VIII 76, 6.

2. in participio posita ex verbo sentiendi:

καὶ αὐτὸς πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειρός εἰμι καὶ ὑμῶν τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡλικίᾳ ὁρῶ (sc. ἐμπείρους ὄντας), ὥστε μὴ ἀπειρίᾳ ἐπιθυμῆσαί τινα τοῦ ἔργου I 80, 1.

3. ex ὅτι coniunctione:

εἶπεν ὅτι ἡ πόλις σφῶν τετείχισται ἤδη ὥστε ἱκανὴ εἶναι σῴζειν τοὺς ἐνοικοῦντας I 91, 4. καὶ μεμνῆσθαι χρὴ ἡμᾶς ὅτι νεωστὶ ἀπὸ νόσου μεγάλης καὶ πολέμου βραχύ τι λελωφήκαμεν, ὥστε καὶ χρήμασι καὶ τοῖς σώμασιν ηὐξῆσθαι VI 12, 1. De VII 42, 3 v. p. 58.

f) Infinitivus cum ὥστε coniunctus explicandi causa ad pronomen demonstrativum vel substantivum accedit:

διαφερόντως καὶ τόδε ἔχομεν ὥστε τολμᾶν τε οἱ αὐτοὶ μάλιστα καὶ περὶ ὧν ἐπιχειρήσομεν ἐκλογίζεσθαι II 40, 3. VII 48, 3.

χρησάμενοι τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει ὥστε ἑτέρων ἄρχειν I 76, 3. 40, 4.

g) Infinitivus rem exprimit, quae consequi potest vel potuit:

τοῖς ὅπλοις αὐτῶν καὶ τῷ πλήθει ὑπερφέρομεν ὥστε τὴν γῆν δῃοῦν ἐπιφοιτῶντες I 81, 1. ἕως ἂν τὸ τεῖχος ἱκανὸν ἄρωσιν ὥστε ἀπομάχεσθαι I 90, 3. ἐτειχίζετο οὖν οὕτω ξὺν τῷ πρότερον πρὸς ἤπειρον ὑπάρχοντι τείχει ὥστε καθεζομένων ἐς αὐτὸ ἀνθρώπων ὀλίγων ἄρχειν τοῦ ἔσπλου VIII 90, 4. I 36, 2. 50, 3. 54, 2. Huc referenda esse puto etiam II 49, 5 et VII 6, 4, de quibus v. p. 58 et 53.

Quodsi infinitivo ea vis inest, ut rem, quae consequi possit, exprimat, facile intellegitur, cur tam raro verbum δύνασθαι in sententiis ab ὥστε pendentibus occurrat. Nam apud Thucydidem quidem uno loco hoc verbum invenitur: τῇ ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ ἐχρῆτο ἐς πάντας ὁμοίως ὥστε μηδένα δύνασθαι προσιέναι I 130, 2, ubi verba ὥστε μηδένα δύνασθαι προσιέναι idem valent atque ὥστε μηδενὶ ἐξουσίαν εἶναι προσιέναι. Quod exemplum eo magis singulare est, quod nullo alio loco Thucydideo adverbium demonstrativum antecedit, ubi de re agitur, quae revera consequitur vel consecuta est — nam infinitivo δύνασθαι consecutionem in facto positam exprimi apparet. Saepius autem non praemisso pronomine vel adverbio demonstrativo haec vis infinitivo inest. Quae exempla ita seiungam, ut afferam

a) priore loco ea, in quibus consecutio sequitur sententiam, quae non est sui iuris: οἱ Πελοποννήσιοι προσπληρώσαντες ἔτι

ναῦς ὥστε ὀλίγῳ ἐλάσσους εἶναι αὐτοῖς τῶν Ἀττικῶν νεῶν, ὁρμίζονται κατὰ Ἐρινεὸν τῆς Ἀχαΐας VII 34, 1. τῷ δὲ μέσῳ διεσπασμέναις ταῖς ναυσὶ καθίσταντο, ἄλλως τε καὶ τοῦ χωρίου ὀξεῖαν καὶ γωνιώδη τὴν περιβολὴν ἔχοντος, ὥστε τὰ ἐν τῷ ἐπ' ἐκεῖνα αὐτοῦ γιγνόμενα μὴ κάτοπτα εἶναι. VIII 104, 5. II 58, 2. III 21, 3.

b) sententia antecedens sui iuris est:

1. praes. inf. α) post praes. ind. ἕκαστος .... οἴεται .... μέλειν τινὶ καὶ ἄλλῳ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τι προιδεῖν, ὥστε τῷ αὐτῷ ὑπὸ ἁπάντων ἰδίᾳ δοξάσματι λανθάνειν τὸ κοινὸν ἀθρόον φθειρόμενον I 141, 7. β) post imperf. προκαλύμματα εἶχε δέρρεις καὶ διφθέρας, ὥστε τοὺς ἐργαζομένους καὶ τὰ ξύλα μήτε πυρφόροις οἰστοῖς βάλλεσθαι ἐν ἀσφαλείᾳ τε εἶναι II 75, 5. 76, 2. III 21, 2. VII 75, 4 (semicolon in comma mutandum esse monuit Seume p. 34). γ) post aor. ind. τῶν Πλαταιῶν τις τὰς πύλας ἔκλησε ὥστε μηδὲ ταύτῃ ἔτι ἔξοδον εἶναι II 4, 3. III 87, 2. IV 81, 2. δ) post perf. ind. οἱ δὲ παρῳκοδομήκασιν ἡμῖν τεῖχος ἁπλοῦν, ὥστε μὴ εἶναι ἔτι περιτειχίσαι αὐτούς, ἢν μή τις τὸ παρατείχισμα τοῦτο πολλῇ στρατιᾷ ἐπελθὼν ἕλῃ VII 11, 3. III 43, 2.

2. aor. inf. α) post. praes. ind. οἱ Ἀκαρνᾶνες ἐπιγενόμενοι αὐτοῖς κατὰ νώτου προσπίπτουσί τε καὶ τρέπουσιν, ὥστε μήτε ἐς ἀλκὴν ὑπομεῖναι φοβηθέντας τε ἐς φυγὴν καὶ τὸ πλέον τοῦ στρατεύματος καταστῆσαι III 108, 1. β) post imperf. ἐπεὶ καὶ μετὰ τὰ Τρωικὰ ἡ Ἑλλὰς ἔτι μετανίστατό τε καὶ κατῳκίζετο, ὥστε μὴ ἡσυχάσασαν αὐξηθῆναι I 12, 1. γ) post aor. ind. ἡ πνοὴ φλόγα ἐποίει μεγάλην καὶ ἧψε τοῦ τείχους, ὥστε μηδένα ἐπ' αὐτοῦ ἔτι μεῖναι, ἀλλὰ ἀπολιπόντας ἐς φυγὴν καταστῆναι καὶ τὸ τείχισμα τούτῳ τῷ τρόπῳ ἁλῶναι. IV 100, 4. VI 70, 1.

Iam si cum hoc vario infinitivi usu comparabimus modorum usum, inveniemus ὥστε particulam cum modis coniunctam esse non nisi antecedente sententia, quae ipsa est sui iuris. Praeterea discrimen statuendum est inter indicativum et ceteros modos. Nam in eis sententiis consecutivis, quae artius cum antecedentibus cohaerent praemisso adverbio vel pronomine demonstrativo, solum indicativus usurpatur; ceterae modorum formae ibi tantum admittuntur, ubi particula ὥστε, sive levior

sive gravior interpunctio antecedit, sententiam consecutivam non firmiore vinculo sententiae antecedenti adiungit quam Latinum „itaque".

Ac primum quidem invenitur indicativus adverbio vel pronomine demonstrativo praemisso his locis:

1. praes. ind. σκοποῦσι δ' ὑμῶν οὕτως οἱ ὑπήκοοι τὸ εἰκός, ὥστε τούς τε μὴ προσήκοντας καὶ ὅσοι ἄποικοι ὄντες κεχείρωνται ἐς τὸ αὐτὸ τιθέασιν; V 96 cf. p. 51.

2. imperf. ἡσυχίαν εἶχεν ὁ δῆμος καὶ κατάπληξιν τοιαύτην ὥστε κέρδος ὁ μὴ πάσχων τι βίαιον, εἰ καὶ σιγῴη, ἐνόμιζε VIII 66, 2. ἐγένετο σπουδὴ τοῦ πλοῦ τοιαύτη, ὥστε ἤσθιόν τε ἅμα ἐλαύνοντες καὶ οἱ μὲν ὕπνον ᾑροῦντο, οἱ δὲ ἤλαυνον III 49, 3.

3. aor. ind. ἀπέχει ἡ Ῥήνεια τῆς Δήλου οὕτως ὀλίγον, ὥστε Πολυκράτης ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι ἁλύσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον III 104, 2. VII 28, 3.

His quinque locis tantum sententia consecutiva cum antecedente artius cohaeret, omnibus ceteris prorsus seiungi potest.

Atque post leviorem quidem interpunctionem exstant:

1. praes. ind. α) post praes. ind. ἡμεῖς οὐδ' ἐπὶ ἀδύνατον ἀμύνεσθαι πόλιν ἐρχόμεθα, ἀλλὰ τοῖς πᾶσιν ἄριστα παρεσκευασμένην, ὥστε χρὴ καὶ πάνυ ἐλπίζειν διὰ μάχης ἰέναι αὐτούς II 11, 6. 102, 3. V 109. β) post imperf. II 98, 3. III 23, 4. γ) post aor. ind. IV 85, 7.

2. imperf. α) post imperf. τὸ σῶμα ἀντεῖχε παρὰ δόξαν τῇ ταλαιπωρίᾳ, ὥστε ἢ διεφθείροντο οἱ πλεῖστοι ἐναταῖοι ἢ ὕστερον ἀσθενείᾳ ἀπεφθείροντο II 49, 6. III 17, 2. 93, 3. V 35, 4. VII 44, 3. 44, 5. β) post aor. ind. II 4, 2. VII 25, 7. γ) post plusq. IV 83, 4. VI 26, 2.

3. aor. ind. α) post praes. ind. ἐμπιπρᾶσι τὰς οἰκίας φειδόμενοι οὔτε οἰκείας οὔτε ἀλλοτρίας, ὥστε καὶ χρήματα πολλὰ κατεκαύθη III 74, 2. β) post imperf. II 57, 1. III 96, 3. IV 55, 2. 68, 6. V 42, 2. γ) post aor. ind. I 2, 6. II 48, 2. IV 23, 2. 133, 2.

4. aor. opt. c. ἄν: ἀεὶ διὰ φόβου εἰσὶ μή ποτε Ἀθηναῖοι αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πόλιν ἔλθωσιν, ὥστε τάχ' ἂν ἴσως ἐθελήσειαν ἡμῖν ἀμῦναι VI 34, 2.

5. aor. ind. c. ἄν: κατεφαίνετο πάντα αὐτόθεν, ὥστε οὐκ ἂν ἔλαθεν ὁρμώμενος ὁ Κλέων τῷ στρατῷ V 6, 3.

Gravior autem interpunctio ponitur his locis:

1. praes. ind. I 74, 3. II 62, 3. 87, 7. III 12, 2. 13, 4. 46, 4. IV 10, 5. 18, 3. 28, 4. VI 10, 5. 11, 7. 34, 6. 37, 2. 61, 4. 80, 1. 85, 3.

2. imperf. II 53, 2. 100, 6. III 82, 8. IV 125, 1. V 7, 5. 14, 4. VI 6, 2. 24, 4. 93, 2. VII 44, 7.

3. aor. ind. I 18, 3. II 87, 3. 97, 5. IV 6, 2. 106, 2. V 29, 1. VII 4, 6. VIII 68, 4. 73, 6.

4. plusq. V 29, 4. 50, 4.

5. fut. ind. I 122, 2. V 26, 3.

6. praes. opt. c. ἄν II 60, 7. III 58, 3.

7. aor. opt. c. ἄν I 70, 9. V 97.

8. aor. ind. c. ἄν IV 78, 3.

9. imperat. (pr. et aor.) I 124, 1. VI 91, 4. VII 63, 4. 64, 2.

Clarissime autem docet, quam levi vinculo sententia ab ὥστε incipiens cum antecedente cohaereat, sententia interrogativa, quae legitur VI 18, 1: ὥστε τί ἂν λέγοντες εἰκὸς ἢ αὐτοὶ ἀποκνοῖμεν ἢ μὴ βοηθοῖμεν;

De ὥστε particulae usu Xenophonteo.

Ex eis scriptoribus, quos tractandos mihi proposui, unus Xenophon ὥστε particulam saepius cum modis quam cum infinitivo coniunxit. Inveniuntur enim ducenti octoginta loci, quibus infinitivus, trecenti undeviginti, quibus modi finiti exstant.

Infinitivi exempla sunt haec:

a) praes. Cyr. I 1, 5. 2, 16. 4, 4. 4, 10. 6, 39. 6, 39. 6, 40. II 1, 19. 1, 25. 1, 25. 1, 27. 1, 30. 2, 10. 2, 20. 2, 22. 3, 14. III 1, 27. 1, 41. 2, 29. 3, 5. 3, 47. IV 1, 18. 2, 15. 2, 27. 2, 39. 3, 17. 3, 17. 5, 7. V 1, 14. 1, 16. 1, 17. 1, 21. 4, 14. 4, 32. 4, 41. 5, 9. 5, 10. 5, 29. 5, 31. 5, 40. VI 1, 14. 1, 19. 1, 36. 1, 52. VII 1, 24. 1, 40. 1, 49. 4, 9. 5, 23. 5, 42. 5, 47. 5, 49. 5, 75. 5, 80. VIII 1, 41. 2, 2.

6, 17. [8, 12.] Hell. I 5, 7. II 1, 14. 4, 8. 4, 40. III 4, 17. IV 1, 36. 4, 13. 4, 19. 8, 23. 8, 32. V 2, 34. 3, 10. 3, 14. 4, 1. 4, 40. VI 1, 13. 2, 6. VII 1, 31. 4, 11. Anab. I 1, 5. 6, 2. 9, 15. 10, 12. II 2, 17. 3, 3. 3, 11. 6, 6. III 3, 16. 4, 17. 4, 19. 4, 21. 4, 22. 5, 11. IV 2, 27. 7, 17. V 1, 13. 2, 1. 3, 11. 6, 19. 6, 25. 6, 26. 6, 30. 6, 31. 7, 7. 8, 26. VI 1, 9. 5, 18. VII 3, 5. 8, 23. Comm. I 2, 1. 2, 52. 3, 5. 3, 5. 3, 13. 3, 14. 4, 5. 4, 5. 4, 18. II 1, 3. 1, 3. 1, 22. 1, 22. 6, 5. 6, 11. 6, 22. 7, 2. 7, 3. 7, 6. 7, 6. 7, 14. III 3, 4. 3, 4. 3, 4. 5, 17. 6, 11. 6, 12. 9, 7. 9, 7. 9, 8. 11, 8. 12, 6. IV 1, 1. 2, 2. [3, 6. 3, 9. 3, 10. 4, 1. 8, 11. 8, 11. 8, 11. 8, 11.] Oec. 1, 8. 1, 14. 1, 14. 1, 15. 2, 13. 3, 10. 5, 3. 6, 11. 7, 4. 7, 7. 7, 10. 8, 10. 8, 13. 9, 4. 11, 10. 14, 1. 14, 2. 15, 10. 16, 12. 19, 17. 20, 20. 21, 3. Conv. 1, 11. 4, 37. 4, 44. 4, 53. 4, 54. 5, 6. Hier. 1, 12. 8, 6. Ages. 8, 6. Rp. Lac. 2, 2. 5, 6. 9, 3. 12, 5. 15, 3. Rp. Athen. 1, 11. 3, 6. 3, 8. 3, 9. 3, 9. Vect. 4, 7. 5, 8. Hipp. 5, 10. 7, 7. 7, 11. 8, 1. 8, 2. 8, 4. R. equ. 4, 1. 6, 9. 6, 16. 10, 10. 10, 12. 11, 3. 12, 4. Cyneg. 1, 12. 3, 4. 7, 7. 11, 4. 13, 17. Apol. 2.

b) aor. Cyr. I 2, 1. 3, 9. III 1, 35. 1, 36. 1, 36. 2, 8. 2, 16. 2, 28. IV 3, 11. 3, 16. VIII 4, 10. Hell. I 2, 18. II 4, 11. III 1, 10. IV 4, 2. 4, 3. 4, 7. 6, 14. 8, 32. V 4, 21. VI 1, 10. 3, 17. 4, 22. 5, 4. VII 1, 42. 2, 13. Anab. I 4, 8. 6, 6. II 5, 15. III 3, 14. IV 2, 15. V 6, 30. VI 6, 37. VII 1, 41. 3, 35. 3, 35. 4, 12. 8, 23. Comm. I 3, 6. II 3, 10. 8, 5. 9, 6. III 13, 3. Ages. 1, 34. 1, 37. Cyneg. 1, 9. 1, 14. 1, 17. 9, 9.

c) aor. et praes. Cyr. I 1, 5. 2, 9. Anab. IV 3, 8.

d) perf. pr. Cyr. I 4, 1. VI 1, 40. 3, 19. VIII 4, 23. 5, 3. Oec. 19, 9. Cyneg. 8, 1.

e) pr. et perf. pr. Cyr. VI 1, 35. Hell. V 3, 27. Anab. I 5, 13. Comm. IV 7, 2. R. equ. 10, 2.

f) aor. et perf. pr. Anab. II 4, 26.

g) pr. c. ἄν Cyr. I 6, 18.

h) aor. c. ἄν Anab. VI 1, 31. [Comm. IV 8, 1.] Conv. 9, 6. Apud Xenophontem vis finalis, quae in elocutione Thucy-

didea saepissime occurrit, multo rarius infinitivis ὥστε particula introductis inest. In locum ὥστε particulae et aliae coniunctiones successerunt, quae accuratius vim finalem exhibeant, et post ea verba, quae ipsa infinitivum regere solent, perraro ὥστε usurpatur.

Quae exstant huius usus exempla, sunt haec:

a) verba efficiendi: ὁ δὲ συνειδὼς αὑτῷ πολλὰ καὶ πονηρὰ πάντ' ἐποίει ὥστε ἀπαλλαγῆναι τοῦ Ἀρχιδήμου. ὁ δὲ Ἀρχίδημος οὐκ ἀπηλλάττετο Comm. II 9, 6. πάντα ποιήσειαν ἂν ὥστε σύμμαχοι ἡμῖν γενέσθαι. Hell. VI 1, 10. (cf. οἱ γονῆς ἐπιμέλονται πάντα ποιοῦντες ὅπως οἱ παῖδες αὐτοῖς γένωνται ὡς δυνατὸν βέλτιστοι Comm. II 2, 6.) οὐδὲν ἐποίησεν ὥστε λαθεῖν Hell. V 4, 21. ποιεῖν Cyr. III 2, 29. VII 5, 47. Hell. VI 5, 4. Anab. I 6, 2. 6, 6. Ages. 1, 37. οὕτω ποιεῖν Cyr. V 1, 21. διαπράττεσθαι Cyr. VII 4, 9. Hell. IV 4, 7. 8, 32. (Ubi post eadem verba ὥστε cum indicativo coniunctum est, absolute usurpata sunt neque verborum efficiendi, sed agendi vim habent, ut in Anab. VII 4, 12. Exempla sunt haec: ὁ δὲ θεὸς οὕτως ἐποίησεν ὥστε ἀμφότεροι τρόπαιον ὡς νενικηκότες ἐστήσαντο Hell. VII 5, 26. διεπράξαντο ὥστε λαβόντες τοὺς νεκροὺς ἀπέδοσαν τὸν ἡγεμόνα Anab. IV 2, 23.) καταπρᾶξαι Hell. VII 4, 11. συμπράττειν Cyr. III 2, 28. Hell. IV 6, 14. Anab. VII 8, 23. ἐμηχανήσατο Rp. Lac. 9, 3. ἐνδυναστεύει Hell. VII 1, 42. συνερεῖ Cyr. II 2, 22. συνεπικοσμεῖ Hier. 8, 6. ταμιεύεσθαι Cyr. III 3, 47. IV 1, 18. Hipp. 7, 11. φυλάξασθαι ὥστε μὴ ληφθῆναι ἢ παρασκευάσασθαι ὥστε ἀμύνασθαι Anab. VII 3, 35. τίνος ἕνεκα Χρυσάνταν ἔγραψας ὥστε εἰς τὴν τιμιωτέραν ἐμοῦ χώραν ἱδρυθῆναι; Cyr. VIII 4, 10. πάνυ γάρ μοι ἐμέλησεν ὥστε εἰδέναι Cyr. VI 3, 19. ἐξευρεῖν ὥστε Rp. Ath. 3, 9 (bis).

b) verba decernendi: ψηφίσασθαι ὥστε μὴ ἴσων ἕκαστον τυγχάνειν Cyr. II 2, 20.

c) verba commovendi: παρακαλούμενοι ὥστε τὰ ὅμοια πονοῦντες τῶν αὐτῶν τυγχάνειν Cyr. II 1, 19.

d) verba prohibendi: ἀπῇσαν οἱ πολέμιοι κύκλῳ τοῦ Τρικαράνου· ὥστε γὰρ τὴν σύντομον πρὸς τοὺς Πελληνέας ἀφικέσθαι ἡ πρὸ τοῦ τείχους φάραγξ εἶργε Hell. VII 2, 13. πᾶς γὰρ

ἀσκὸς δύο ἄνδρας ἕξει τοῦ μὴ καταδῦναι· ὥστε δὲ μὴ ὀλισθάνειν ἡ ὕλη καὶ ἡ γῆ σχήσει Anab. III 5, 11.

Singulis igitur locis ὥστε invenitur post verba decernendi et commovendi, duobus post verba prohibendi, nunquam post verba paciscendi. Quae vis ὥστε particulae apud Thucydidem persaepe inest „ea condicione ut", in elocutione Xenophontea relativo ἐφ' ᾧτε (ἐφ' ᾧ) exprimitur, quod et cum inf. [a) praes. Hell. II 2, 20. 4, 38. III 1, 20. 5, 24. V 2, 12. VI 3, 18. VII 4, 10. Anab. IV 2, 19. 4, 6. VI 6, 22. Ages. 4, 1. Vect. 4, 14. b) aor. Hell. II 3, 11. c) fut. Hell. III 5, 1.] et cum fut. ind. (Conv. 4, 35) coniungitur. Ad eandem significationem ὥστε particula perraro accedit: πολλαὶ πρεσβεῖαι ἀπήντων καὶ χρήματα ἐδίδοσαν ὥστε μὴ ἐμβάλλειν . . . (οὐκ ἐθελόντων δὲ αὐτῶν τὴν ἀκρόπολιν παραδοῦναι, ἐνέβαλε εἰς τὴν χώραν) Hell. V 3, 14. ταῦτα ἔλεγεν εἰδὼς ἃ Τιμασίωνι οἱ Ἡρακλεῶται καὶ οἱ Σινωπεῖς ὑπισχνοῦντο ὥστε ἐκπλεῖν Anab. V 6, 26.

Saepius autem infinitivus ex ᾥστε pendens finem actionis exprimit:
οἱ τριάκοντα ἐβουλήθησαν Ἐλευσῖνα ἐξιδιώσασθαι, ὥστε εἶναι σφίσι καταφυγήν, εἰ δεήσειε Hell. II 4, 8. ἔγνω Πραξίτας τῶν τειχῶν καθελεῖν, ὥστε δίοδον στρατοπέδῳ ἱκανὴν εἶναι Hell. IV 4, 13. οὔκουν δοκεῖ σοι ὁ ἐξ ἀρχῆς ποιῶν ἀνθρώπους ἐπ' ὠφελείᾳ προσθεῖναι αὐτοῖς δι' ὧν αἰσθάνονται ἕκαστα, ὀφθαλμοὺς μὲν ὥσθ' ὁρᾶν τὰ ὁρατά, ὦτα δὲ ὥστ' ἀκούειν τὰ ἀκουστά; Comm. I 4, 5. ἔπειτα οὐκ ἂν πρίαιό γε παμπόλλου ὥστε σοὶ ταῦτ' εἰρῆσθαι; Cyr. VIII 4, 23. Eundem esse sensum horum quoque locorum puto: Cyr. I 2, 9. 6, 39. 6, 39. II 1, 25. 1, 30. III 1, 35. 1, 36. 1, 36. 1, 41. 2, 16. VII 1, 40, 1, 49. VIII 5, 3. Hell. III 1, 10. IV 1, 36. V 4, 1. 4, 40. Anab. I 1, 5. II 3, 3. 6, 6. III 4, 21. V 6, 31. Comm. II 7, 14. Oec. 7, 4. 7, 7. Ages. 8, 6. Rp. Lac. 15, 3. Rp. Athen. 1, 11. Cyneg. 11, 4.

Huc referenda esse puto etiam, quamquam finalem vim non prae se ferunt, participia passivi verborum efficiendi: συνεσκευασμένος ὥστε δειπνεῖν Conv. 1, 11. κατεσκευασμένοι ὥστε δύνασθαι Cyr. V 5, 9. ἐκπεπονημένοι ὥστε μὴ ἀποπνίγεσθαι Hipp. 8, 4. οὕτω παρεσκευασμένος ὥστε ἀπέχεσθαι

Comm. I 3, 14. 3, 5. πεπαιδευμένος οὕτως ὥστε ἔχειν Comm. I 2, 1. εὐθεράπευτοι Cyr. II 2, 10.

Accedamus ad ὥστε consecutivum.

Quo in usu exemplis illustrando alium ordinem atque apud Herodotum et Thucydidem servabo. Nam et elocutionum varietas multo est maior et, quoniam ex usu Herodoteo et Thucydideo intelleximus nunquam post sententias, quae non sunt sui iuris, modos finitos usurpari neque aliter paucis exemplis exceptis (de quibus vide p. 49) res se habet apud Xenophontem, priore loco de eis elocutionum generibus agam, quae particulam ὥστε ab sententiis, quae non sunt sui iuris, pendentem praebent.

a) Ac primum quidem invenitur infinitivus post sententias condicionales:

1. εἰ c. opt. εἴ τις τοὺς σὲ θεραπεύοντας οὕτω διατιθείη ὥστ' ἐκείνου μᾶλλον ἢ σοῦ βούλεσθαι εἶναι, ἆρ' ἂν ἀντὶ ταύτης τῆς εὐεργεσίας χάριν αὐτῷ εἰδείης; Cyr. V 5, 29. 5, 31 (de opt. in V 5, 30. v. p. 49). Anab. III 3, 16. Oec. 14, 2. Hipp. 8, 2.

2. εἰ c. fut. ind. εἰ μὴ ἐκποριοῦσι τῇ στρατιᾷ μισθόν, ὥστε ἔχειν τὰ ἐπιτήδεια ἐκπλέοντας, κινδυνεύσει μεῖναι τοσαύτη δύναμις ἐν τῷ Πόντῳ. Anab. V 6, 19. Cyr. IV 2, 39. VII 5, 42.

3. εἰ c. imperf. ταῦτα δὲ οὐκ ἂν ἐδύναντο ποιεῖν, εἰ μὴ καὶ διαίτῃ μετρίᾳ ἐχρῶντο καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκπονοῦντες ἀνήλισκον ὥστε ἄλλῃ πῃ ἀποχωρεῖν Cyr. I 2, 16.

4. ἐάν c. coni. α) pr. ἔστι συναρμόσαι αὐτὰ εὐπετῶς, ἣν ἔχῃ γνωρίσματα ὥστ' εὔδηλον εἶναι ἐξ ὁποίας ἕκαστον χώρας αὐτῶν ἐστιν. Cyr. II 1, 27. Hell. VI 1, 13. Anab. V 1, 13. Comm. III 3, 4 (ter). 9, 7 (bis) Oec. 1, 14. β) aor. Cyr. IV 3, 16. Cyneg. 9, 9.

5. ὅταν c. coni. α) pr. ὅταν σκαπτόντων, ἵνα ὕλης καθαραὶ αἱ ἄμπελοι γένωνται, οὕτω σκάπτωσιν ὥστε πλείω καὶ καλλίω τὴν ὕλην γίγνεσθαι, πῶς οὕτως οὐκ ἀργὸν ἂν φήσαις εἶναι; Oec. 20, 20. R. equ. 10, 10. Cyneg. 8, 1. β) aor. Oec. 14, 1.

6. ἐπειδάν c. coni. aor. ἐπειδὰν δὲ προλάβῃ ὁ λαγῶς τῷ δρόμῳ ὥστε μὴ ἐφορᾶν ἔτι αὐτόν, τὰς σκύλακας ἰέναι (sc. δεῖ) Cyneg. 7, 7. Cyr. III 2, 8.

7. ὅστις c. pr. ind. οὐδ' ἄρα γε ἡ γῆ ἀνθρώπῳ ἐστὶ χρήματα, ὅστις οὕτως ἐργάζεται αὐτὴν ὥστε ζημιοῦσθαι ἐργαζόμενος Oec. 1, 8. Comm. II 6, 5.

b) Sententia antecedens pendet

1. in infinitivo posita α) a verbis declarandi: ἔφασαν τοὺς στρατιώτας εἰς τοῦτο τρυφῆς ἐλθεῖν ὥστ' οὐκ ἐθέλειν πίνειν, εἰ μὴ ἀνθοσμίας εἴη Hell. VI 2, 6. πολεμήσειν ὑπισχνεῖτο τοῖς Ἀθηναίοις, ὥστε μὴ ἔχειν ἐκείνοις καλῶς τὰ ἐν Ἑλλησπόντῳ Hell. IV 8, 32. Cyr. I 2, 1. 3, 9. IV 2, 15. VI 1, 19. Hell. II 1, 14. VII 1, 31. Anab. V 6, 25. Comm. I 2, 52. II 1, 22 (bis). IV 7, 2. β) ab aliis elocutionum generibus: ἔδοξεν ἐν πέδαις δεδέσθαι, αὗται δὲ αὐτῷ αὐτόμαται περιρρυῆναι, ὥστε λυθῆναι καὶ διαβαίνειν ὁπόσον ἐβούλετο Anab. IV 3, 8. Cyr. V 5, 10. Cyr. I 6, 18 (v. p. 58.). πλείονας ἂν ᾤοντο λαβεῖν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ὥστε ἀποκτεῖναι Hell. IV 4, 2. τοῖς πολεμίοις βουλοίμην ἂν εὔπορα πάντα φαίνεσθαι ὥστε ἀποχωρεῖν Anab. VI 5, 18. ἀνάγκη ἐστὶ ἐκθλίβεσθαι τοὺς ὁπλίτας καὶ πορεύεσθαι πονήρως, ὥστε δυςχρήστους εἶναι Anab. III 4, 19. ἁπάσας (sc. φυλακὰς ἀφαιρεῖν συμβουλεύσω), ἕνεκά γε τοῦ οὕτως αὐτὰς φυλάττεσθαι ὥστε κλέπτεσθαι τὰ ἐκ τῆς χώρας Comm. III 6, 11. τὸ δ', οὕτο μὲν κατὰ μικρὸν προσιέναι τὸν ἥλιον, οὕτω δὲ κατὰ μικρὸν ἀπιέναι ὥστε λανθάνειν ἡμᾶς εἰς ἑκάτερα τὰ ἰσχυρότατα καθισταμένους; (sc. nonne hominum causa fit?) Comm. [IV 3, 9.] Conv. 4, 54. Comm. II 1, 3 (bis).

2. in participio posita a verbis sentiendi sim.: τὰ δ' ἄλλα χρήματα σὺ ἀπαγαγὼν φύλαττε, ἔστ' ἂν ἐμὲ ἴδῃς ἔχοντα ὥστε σοῦ μὴ ἡττᾶσθαι ἀντιδωρούμενον Cyr. V 4, 32. Comm. [IV 3, 10.] ἔχω ἐπιδεῖξαι καὶ γυναιξὶ ταῖς γαμεταῖς τοὺς μὲν οὕτω χρωμένους ὥστε συνεργοὺς ἔχειν αὐτάς Oec. 3, 10. Conv. 9, 6. (v. p. 58.)

3. ab ὅτι coniunctione post verba declarandi, sentiendi sim.: ἔλεγον ὅτι ἡ γεωργία οὕτω φιλάνθρωπός ἐστι καὶ πραεῖα τέχνη ὥστε καὶ ὁρῶντας καὶ ἀκούοντας ἐπιστήμονας εὐθὺς ἑαυτῆς ποιεῖν Oec. 19, 17. Comm. III 9, 8. κατενόησεν ὅτι οἷόν τε εἴη ποιήσασθαι ὥστε ἄγειν Cyr. VI 1, 52. Comm. I 4, 18. 3, 13. II 7, 6. [IV 8, 1.] (v. p. 58.). καὶ σύμπασαν τὴν οἰκίαν ἐπέδειξα αὐτῇ ὅτι πρὸς μεσημβρίαν ἀναπέπταται ὥστε εὔδηλον

εἶναι ὅτι χειμῶνος μὲν εὐήλιός ἐστι, τοῦ δὲ θέρους εὔσκιος Oec. 9, 4. Huc referenda esse mihi videntur haec quoque exempla: τοῖς οὖν θεοῖς χάρις ὅτι οὐ σὺν πολλῇ ῥώμῃ ἀλλὰ σὺν ὀλίγοις ἦλθον, ὥστε βλάψαι μὲν μὴ μεγάλα, δηλῶσαι δὲ ὧν δεόμεθα Anab. III 3, 14. οἶμαι δὲ καὶ λόγων καὶ βουλευμάτων κοινωνὸν ἄν σε ποιοῖντο διὰ τὸ πιστεύειν, ὥστε μηδὲ ἕν σε λεληθέναι ὧν βουλόμεθα εἰδέναι Cyr. VI 1, 40.

c) Sententia antecedens est interrogativa pendens ex verbis interrogandi sim.: καλέσας τὸν Γωβρύαν ἠρώτα εἰ εἴη ἄλλη ὁδός, ὥστε μὴ πάνυ ἐγγὺς τοῦ τείχους ἄγειν Cyr. V 4, 41. πυνθανομένου τινὸς πότερον Θεμιστοκλῆς διὰ συνουσίαν τινὸς τῶν σοφῶν ἢ φύσει τοσοῦτον διήνεγκε τῶν πολιτῶν ὥστε πρὸς ἐκεῖνον ἀποβλέπειν τὴν πόλιν, ὁ Σωκράτης ἔφη Comm. IV 2, 2. ἥδιστ' ἂν ἀκούσαιμι τὸ ὄνομα τίς οὕτως ἐστὶ δεινὸς λέγειν ὥστε σε πεῖσαι Anab. II 5, 15. Cyr. VIII 6, 17. Hell. II 4, 40. Comm. II 7, 3. In Oec. 6, 11: ἔφησθα καταμαθεῖν τὰ αἴτια τῶν οὕτω γεωργούντων ὥστε ἀπὸ τῆς γεωργίας ἀφθόνως ἔχειν verba τὰ αἴτια τῶν οὕτω γεωργούντων pro sententia interrogativa usurpata esse videntur.

Omnia quae hucusque de consecutivo ὥστε particulae usu enumeravi exempla infinitivum postulant, quia sententia antecedens non est sui iuris. Sed etiam post permulta enuntiationum genera, quae per se constant, infinitivus ponatur necesse est.

a) Sententia antecedens est negativa: ἐνθάδε οὔτε ἀργύριον ἔχομεν ὥστε ἀγοράζειν Anab. VII 3, 5. οὐ δέομαι τούτων οὐδενός, ὥστε σε κινδυνεύειν Cyr. I 4, 10. ἀργύριον οὐδείς πω οὕτω πολὺ ἐκτήσατο ὥστε μὴ ἔτι προσδεῖσθαι Vect. 4, 7. χρὴ εἰς τοιοῦτον ἀγῶνα μηδέποτε καταστῆναι ὥστ' ἢ πάντα λαβεῖν ἢ πάντ' ἀποβαλεῖν Hell. VI 3, 17 πολὺ δ' οὐχ οἷόν τε μετακινεῖν ὥστε μὴ οὐχὶ τῆς δημοκρατίας ἀφαιρεῖν τι Rp. Ath. 3, 8. Cyr. II 1, 25. V 1, 17. VI 1, 36. VII 5, 75. 5, 80. Hell. VI 4, 22. Anab. V 2, 1. VI 6, 37. Comm. I 3, 5. II 3, 10. III 6, 12. Oec. 2, 13. 8, 13. 16, 12. Hier. 1, 12. Rp. Ath. 3, 6. R. equ. 10, 12. aut verbum negativo sensu praeditum continet: πολλῶν ἐνέδει αὐτῷ ὥστε ἡμέρας σῖτον ἑκάστῳ γενέσθαι τῶν στρατιωτῶν Anab. VII 1, 41. Hipp. 7, 7. Comm. II 8, 5.

b) Comparativus cum ἤ coniunctus antecedit: φοβοῦμαι ἀεὶ μή τι μεῖζον ἢ ὥστε φέρειν δύνασθαι κακὸν τῇ πόλει συμβῇ Comm. III 5, 17. Hell. IV 8, 23. Anab. VII 4, 12. eandem significationem habet positivus, quem legimus Comm. III 13, 3: (τὸ ὕδωρ) ψυχρόν ἐστιν ὥστε λούσασθαι (ὥστε deest Cyr. V 2, 4: ἑώρα ἰσχυρότερα πάντα ἢ προσελθεῖν).

c) Sententia interrogativa sensu negativo praedita antecedit: τοῦτ' οὖν ἔστιν ὅπως τις ἂν ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι, ὥστε ἐμβαίνειν, ὁπόταν νότος πνέῃ; Anab. V 7, 7. Comm. II 6, 11. Conv. 4, 53. καὶ πότερα παῖδές εἰσι φρονιμώτεροι ὥστε μαθεῖν τὰ φραζόμενα καὶ δεικνύμενα ἢ ἄνδρες; Cyr. IV 3, 11. Eodem iure post sententiam interrogativam disiunctivam, quamvis non sit negativi sensus, infinitivum solum locum habere apparet: πότερα δὲ ὅλον τὸ κλῆμα ὀρθὸν τιθεὶς πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπον ἡγεῖ μᾶλλον ἂν ῥιζοῦσθαι αὐτὸ ἢ καὶ πλάγιόν τι ὑπὸ τῇ ὑποβεβλημένῃ γῇ θείης ἄν, ὥστε κεῖσθαι ὥσπερ γάμμα ὕπτιον; Οὕτω νὴ Δία. Oec. 19, 9 (de sententiis interrogativis simplicibus, quae neque pendent a verbis interrogandi sim. neque sensu negativo praeditae sunt, v. p. 50 sq.).

d) Sententia antecedens imperativum aut verba δεῖ, χρή sim. continet: αἱ πτέρυγες τοιαῦται καὶ τοσαῦται ἔστωσαν ὥστε στέγειν τὰ μέλη R. equ. 12, 4. 4, 1. Oec. 1, 14. 1, 15. Hipp. 8, 1.

His locis infinitivum non sine ratione usurpatum esse non solum inde elucet quod non de re agitur, quae revera consequatur vel consecuta sit, neque unquam post imperativum sim. modi finiti admittuntur, sed etiam eo demonstratur quod post elocutiones τοσοῦτον διαφέρει, διήνεγκε, τοσούτῳ διέφερεν, τοσοῦτον περιεγένου, ὑπερέσχε, ὑπερβεβλήκασι saepissime modi finiti usurpantur (Hell. V 3, 21. 3, 22. Cyr. I 1, 4. Hell. III 1, 10. Cyr. III 1, 19. Cyneg. 1, 7. Hell. VII 3, 6), infinitivus nonnisi coniuncto verbo δεῖ exstat (Hipp. 8, 1).

e) Sententia antecedens exprimit rem aliquam ita fieri posse, ut alia res consequi possit α) aut verbis impersonalibus ἔστι, περίεστι, οἷόν τέ ἐστι: καὶ γὰρ τὰ ὑποδήματα τοιαῦτα ἔχουσιν ἐν οἷς μάλιστα λαθεῖν ἔστι καὶ ὑποτιθεμένους τι, ὥστε δοκεῖν μείζους εἶναι ἢ εἰσί Cyr. VIII 1, 41. περίεστί μοι ἀμ-

φιέννυσθαι ὥστε μηδὲν μᾶλλον Καλλίου ῥιγῶν Conv. 4, 37. β) aut verbis δύναμαι, ἐπίσταμαι: καὶ οἱ παῖδες, ὅταν παίζωσι ποσίνδα, δύνανται ἀπατᾶν προϊσχοντες ὥστε ὀλίγους ἔχοντες πολλοὺς δοκεῖν ἔχειν Hipp. 5, 10. Cyr. I 1, 5 (bis) V 1, 14. Comm. II 6, 22. Oec. 11, 10. 21, 3. τὸ μὲν ἐπίστασθαι ὑποβιβάζεσθαι τὸν ἵππον, ὥστε εὐπετὲς εἶναι ἀναβῆναι, οὐ μεμφόμεθα R. equ. 6, 16. γ) aut futuro: τὸ εἰδέναι ὅπου ἕκαστόν ἐστι, ταχὺ ἐγχειριεῖ, ὥστε μὴ ἀπορεῖν χρῆσθαι Oec. 8, 10. ἀρκέσει ὑμῖν μικρὰ σκυτάλη ὥστ' ἐκεῖθεν πάντα ὑπηρετεῖσθαι Hell. V 2, 34.

f) Ex verbis impersonalibus, quae 'fit, fieri potest' significant, συνήνεικε συνέπιπτε συνέβη cum ὥστε particula coniuncta non exstant; quae inveniuntur elocutionum genera, sunt haec: καὶ περιεγένετο ὥστε καλῶς ἔχειν Anab. V 8, 26. ἐγένετο αὐτῷ ὥστε χρήμασιν εὐεργετεῖν Cyr. VIII 2, 2. τοῦτ' ἂν ἐσκόπουν, ἀφ' οὗ ἂν γένοιτο ὥστε λαβόντας ὑμᾶς πόλιν τὸν μὲν βουλόμενον ἀποπλεῖν ἤδη Anab. V 6, 30. Hell. V 3, 10. παραπεπτωκέναι μοι δοκεῖ τῇ πόλει ὥστε ἀνακτᾶσθαι τοὺς Ἕλληνας Vect. 5, 8. προκεχωρηκότων τοῖς Λακεδαιμονίοις ὥστε Θηβαίους μὲν παντάπασιν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, Κορινθίους δὲ πιστοτάτους γεγενῆσθαι Hell. V 3, 27.

g) Infinitivus cum ὥστε coniunctus explicandi causa ad pronomen accedit: εἰ δέ ποτε κληθεὶς ἐθελήσειεν ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν, ὃ τοῖς πλείστοις ἐργωδέστατόν ἐστιν, ὥστε φυλάξασθαι τὸ ὑπὲρ τὸν κόρον ἐμπίμπλασθαι, τοῦτο ῥᾳδίως πάνυ ἐφυλάττετο Comm. I 3, 6. Cyr. IV 3, 17.

h) Infinitivus rem exprimit quae consequi possit vel potuerit: κραυγὴν πολλὴν ἐποίουν ὥστε καὶ τοὺς πολεμίους ἀκούειν Anab. II 2, 17. ἐλαφροὶ γὰρ ἦσαν ὥστε καὶ ἐγγύθεν φεύγοντες ἀποφεύγειν Anab. IV 2, 27. εὐθὺς ἂν ἐπίσταιο, ὥστε καὶ ἄλλον, εἰ βούλοιο, διδάσκειν Oec. 15, 10. οἱ μὲν γὰρ σοὶ μυκτῆρες εἰς γῆν ὁρῶσιν, οἱ δὲ ἐμοὶ ἀναπέπτανται, ὥστε τὰς πάντοθεν ὀσμὰς προσδέχεσθαι Conv. 5, 6. οὕτω ὁ Κῦρος ἀπῄει πολὺ πλείονα χρήματα ἡτοιμασμένος, ὥστε λαμβάνειν ὁπότε δέοιτο Cyr. III 3, 5. 1, 27. IV 2, 27. 3, 17. V 4, 14. Hell. III 4, 17. Anab. I 4, 8. 10, 12. III 4, 17. V 3, 11. 6, 30. Comm. II 7, 6. III 11, 8. Oec. 5, 3. 7, 10. Conv. 4, 44. Cyneg. 3, 4. De Anab. VI 1, 31 v. p. 58.

Omnia quae hucusque de usu Xenophonteo exempla attuli, suo iure infinitivum postulant, quippe quae aut finalem vim exhibeant aut ex sententiis, quae non sunt sui iuris, pendeant aut res exprimant, quae non revera consequantur. Sed infinitivus idoneus quoque est, qui consecutionem in facto positam exprimat.

Infinitivus rem exprimit quae re vera consequitur vel consecuta est:

a) pronomine vel adverbio demonstrativo praemisso.

1. praes. inf. α) post praes. ind. εἰς τὴν διάνοιαν ἐμπίπτουσιν οὕτως ὥστε καὶ τὰς ἐπιστήμας ἐκβάλλειν Comm. III 12, 6. β) post imperf. οὕτω Σωκράτης ἦν ὠφέλιμος, ὥστε φανερὸν εἶναι Comm. IV 1, 1 [Comm. IV 4, 1. Cyr. VIII 8, 12]. γ) post aor. ind. ἐξήγγειλε περὶ αὐτοῦ τοιαῦτα ὥστε πρέπουσαν φαίνεσθαι τὴν μεγαληγορίαν αὐτοῦ τῇ διανοίᾳ Apol. 2. Cyneg. 1, 12. δ) post perf. ind. συνεληλύθασιν ὡς ἐμὲ τοσαῦται ὥστ' εἶναι ἐν τῇ οἰκίᾳ τέτταρας καὶ δέκα Comm. II 7, 2.

2. aor. inf. α) post imperf. ἀδεῶς ἐστρατεύετο τὴν τῶν πολεμίων οὕτω καρπούμενος ὥστε ἐν δυοῖν ἐτοῖν πλέον τῶν ἑκατὸν ταλάντων τῷ θεῷ ἐν Δελφοῖς δεκάτην ἀποθῦσαι Ages. 1, 34. β) post aor. ind. Τελαμὼν τοσοῦτος ἐγένετο ὥστε ἐκ πόλεως τῆς μεγίστης ἣν αὐτὸς ἐβούλετο γῆμαι Περίβοιαν Cyneg. 1, 9. 1, 14.

b) pronomine vel adverbio demonstrativo non praemisso.

1. praes. inf. α) post praes. ind. οἱ καλοὶ καὶ τοὺς ἄπωθεν θεωμένους ὑφάπτουσιν ὥστε αἴθεσθαι τῷ ἔρωτι Cyr. V 1, 16. R. equ. 6, 9. 11, 3. Rp. Lac. 5, 6. 12, 5. Cyneg. 13, 17. β) post imperf. ἐξεκυβίστα ἔχων τὰς πέλτας, ὥστε ὄψιν καλὴν φαίνεσθαι Anab. VI 1, 9. Cyr. I 4, 4. 6, 40. II 3, 14. V 5, 40. VII 1, 24. Anab. I 9, 15. II 3, 11. III 4, 22. VII 8, 23. γ) post aor. ind. κἀκεῖνα μὲν δὴ ἐπράχθη ὥστε σε ἐπαινεῖν Cyr. VII 5, 49. IV 5, 7. Hell. I 5, 7. IV 4, 19. Rp. Lac. 2, 2. δ) post perf. ind. διὰ τὸ ἡμᾶς φοβεῖσθαι ἀνακεκομισμένοι εἰσὶν εἰς ἐρύματα, ὥστε αὐτοὶ μὲν ἔχειν, ἡμᾶς δὲ ταῦτα μὴ δύνασθαι λαμβάνειν Cyr. VI 1, 14. ε) post plusq. τὰ ἐπιτήδεια ἐν τούτοις ἀνακεκομισμένοι ἦσαν. ὥστε μηδὲν λαμβάνειν αὐτόθεν τοὺς Ἕλληνας Anab. IV 7, 17. ζ) post fut. ind. παρακαλεῖ πολλὴν φλόγα·

ὥστε ἀνάγκην εἶναι φεύγειν ταχὺ τοὺς ἀπὸ τῶν οἰκιῶν Cyr. VII 5, 23.

2. aor. inf. α) post praes. ind. λείπουσιν οἱ βάρβαροι ἀμαχητὶ τὸν μαστόν, ὥστε θαυμαστὸν πᾶσι γενέσθαι Anab. IV 2, 15. β) post imperf. ἔνθα δὴ οἱ ἀνοσιώτατοι ἔσφαττον καὶ πρὸς τοῖς ἱεροῖς· ὥστ' ἐνίους καὶ τῶν οὐ τυπτομένων ἀδημονῆσαι τὰς ψυχάς Hell. IV 4, 3. Cyneg. 1, 17. γ) post aor. ind. Ἀχαιοὶ τοὺς ἐποίκους προύδοσαν, ὥστε ἀπολέσθαι αὐτῶν πρὸς ἑπτακοσίους Hell. I 2, 18. II 4, 11.

3. perf. (pr.) inf. α) post praes. ind. παίοντες ἐκπλήττουσιν ὥστε τεταράχθαι καὶ κινδυνεύειν R. equ. 10, 2. β) post imperf. Κλέαρχος ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς Μένωνος, ὥστ' ἐκείνους ἐκπεπλῆχθαι καὶ αὐτὸν Μένωνα καὶ τρέχειν ἐπὶ τὰ ὅπλα Anab. I 5, 13. II 4, 26. γ) post aor. ind. ἐλοιδόρησεν, ὥστε τὸν Ἀράσπαν . . . ἀπολωλέναι τῷ φόβῳ Cyr. VI 1, 35. δ) post plusq. Κῦρος ταχὺ τοῖς ἡλικιώταις συνεκέκρατο ὥστε οἰκείως διακεῖσθαι Cyr. I 4, 1.

Videmus igitur infinitivo ὥστε particula introducto etiam consecutionem in facto positam exprimi atque non solum, si sententia consecutiva cum antecedente pronomine vel adverbio demonstrativo praemisso artius cohaeret, sed etiam, si nullum fere vinculum exsistit inter utramque sententiam, ita ut in editione Teubneriana quidem permultis locis (Cyr. V 5, 40. VII 1, 24. 5, 23. Hell. IV 4, 3. 4, 19. Anab. I 9, 15. II 3, 11. 4, 26. III 4, 22. IV 7, 17. VII 8, 23. Rp. Lac. 2, 2. 5, 6. 12, 5. Cyneg. 13, 17) vel semicolon ponatur ante sententiam consecutivam.

Neque tamen modorum usum Xenophon sprevit, immo saepius modis quam infinitivo usus est:

Atque invenitur ὥστε particula cum modis coniuncta

a) pronomine vel adverbio demonstrativo praemisso his locis:

1. praes. ind. α) post praes. ind. πιθανοὶ οὕτως εἰσί τινες ὥστε πρὶν εἰδέναι τὸ προστασσόμενον πρότερον πείθονται Cyr. II 2, 10 [VIII 8, 10]. Hell. VI 3, 16. Comm. II 2, 3. Oec. 1, 22. 21, 3. Conv. 2, 20. 4, 35. 4, 36. 4, 38. 4, 38. 4, 48. Hier. 1, 13. 3, 5. Cyneg. 10, 17; post sententiam interrogativam:

Ἆρά γε διὰ τοιαύτας τινὰς προνοίας καὶ τῆς ἐν τῷ σμήνει ἡγεμόνος αἱ μέλιτται οὕτω διατίθενται πρὸς αὐτὴν, ὥστε ὅταν ἐκείνη ἐκλίπῃ, οὐδεμία οἴεται τῶν μελιττῶν ἀπολειπτέον εἶναι, ἀλλ' ἕπονται πᾶσαι; Oec. 7, 38. β) post aor. ind. Cyneg. 1, 16. γ) post perf. ind. Cyr. VIII 1, 4.

2. imperf. α) post praes. ind. καὶ τόλμα δὲ ἀτολμίας ἔσθ' ὅτε τοσοῦτον διαφέρει ὥστε Δελφίων τις ἱκανὸς ἦν κωλύειν τοὺς βουλομένους εἰρήνην ποιεῖσθαι Hell. V 3, 22. Comm. II 7, 11. β) post imperf. Hell. IV 4, 5. Anab. I 8, 13. VII 4, 3. γ) post aor. ind. Cyr. I 4, 15. Cyneg. 1, 17; post sententiam interrogativam: Αἰσχύλον δὲ πρὸς ἐμὲ ἐπαινῶν καὶ ἐμὲ πρὸς ἐκεῖνον οὐχ οὕτω διέθηκας ὥστε διὰ τοὺς σοὺς λόγους ἐρῶντες ἐκυνοδρομοῦμεν ἀλλήλους ζητοῦντες; Conv. 4, 63.

3. aor. ind. α) post praes. ind. καὶ γίγνεται τοσοῦτον μεταξὺ τῶν στρατευμάτων ὥστε τῇ ὑστεραίᾳ οὐκ ἐφάνησαν οἱ πολέμιοι οὐδὲ τῇ τρίτῃ Anab. III 4, 37. Hell. V 3, 21. Comm. III 4, 1. β) post imperf. Hell. III 1, 10. IV 2, 19. V 4, 19. VI 1, 2. 2, 15. γ) post aor. ind. Cyr. III 1, 19. 1, 19. Hell. III 3, 10. IV 4, 8. 4, 12. 4, 15. 4, 15. 7, 6. VII 5, 26. Cyneg. 1, 7. δ) post perf. ind. Hell. VII 3, 6. ε) post plusq. Hell. VII 4, 32.

4. perf. (pr.) ind. α) post praes. ind. ὑπὸ Φαρναβάζου ἀδικηθεὶς οὕτω τιμωρεῖται αὐτὸν ὥστε φυγάδα πάσης τῆς χώρας πεποίηκεν Hell. IV 1, 7. Comm. I 6, 4. Cyneg. 5, 13. β) post imperf. Comm. I 3, 5. γ) post perf. ind. Hier. 4, 4.

5. plusq. α) post imperf. Ages. 6, 4. β) post aor. ind. Cyr. II 2, 5.

6. fut. ind. καὶ τοῦτο οὕτω ῥᾴδιον καὶ μαθεῖν, ὥστε νυνὶ ἀκούσας σὺ τοῦτο ἐμοὶ ὁμοίως ἐπιστάμενος ἄπει, καὶ ἄλλον διδάξεις, ἐὰν βούλῃ. Oec. 20, 24.

7. praes. opt. c. ἄν: τοσοῦτον διήνεγκε τῶν ἄλλων βασιλέων, ὥσθ' ὁ μὲν Σκύθης ἄλλου μὲν οὐδενὸς δύναιτ' ἂν ἔθνους ἐπάρξαι, ἀγαπῴη δ' ἄν, εἰ τοῦ ἑαυτοῦ ἔθνους ἄρχων διαγένοιτο Cyr. I 1, 4.

8. aor. opt. c. ἄν: οὕτω δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι τὸ σὲ ἡμῖν ἀπιστεῖν ὥστε καὶ ἥδιστ' ἂν ἀκούσαιμι τὸ ὄνομα τίς . . . Anab. II 5, 15. Cyneg. 5, 33.

b) pronomine vel adverbio demonstrativo non praemisso:

1. praes. ind. α) post praes. ind. τὴν ἀρχὴν τῆς στρατιᾶς ἐμὴν ἴσως ἔτι οἴκοθεν νομίζουσιν εἶναι, ὥστε διατάττοντα ἐμὲ τοὺς ἐπιστάτας οὐδὲν οἶμαι ἀδικεῖν νομίζουσιν Cyr. II 2, 19. 4, 23. VII 2, 28. [VIII 8, 25]. Oec. 2, 1. Conv. 8, 15. Hier. 1, 28. 6, 10. Vect. 4, 6. Hipp. 1, 15. R. equ. 6, 13. Cyneg. 9, 20. β) post praes. opt. c. ἄν Oec. 19, 11.

2. imperf. α) post imperf. ὅσα αὐτὸς ὑπ' ἄλλων ἐρωτῷτο, ταχὺ ἀπεκρίνετο, ὥστ' ἐκ πάντων τούτων ἡ πολυλογία συνελέγετο αὐτῷ Cyr. I 4, 3. VII 1, 26. VIII 2, 27. 2, 28. Hell. II 4, 27. III 1, 11. 4, 7. IV 6, 8. VI 5, 29. 5, 50. Anab. II 6, 11. IV 1, 17. 2, 22. V 2, 23. 2, 25. Ages. 1, 35. β) post perf. ind. Oec. 9, 2. γ) post plusq. Cyr. I 4, 1. 4, 5. Hell. III 4, 20. Anab. III 1, 2.

3. aor. ind. α) post praes. ind. ἐπιπίπτει χιὼν ἄπλετος, ὥστε ἀπέκρυψε καὶ τὰ ὅπλα καὶ τοὺς ἀνθρώπους Anab. IV 4, 11. Hipp. 8, 10. β) post imperf. Cyr. I 4, 2. V 5, 10. VII 5, 39. VIII 7, 6. Hell. III 1, 13. 2, 27. V 4, 52. Anab. III 4, 28. Comm. I 2, 31. γ) post aor. ind. Hell. IV 2, 21. VII 5, 22. Anab. III 4, 13. IV 2, 7. 2, 23. Cyneg. 1, 15.

4. perf. (pr.) ind. α) post perf. ind. ἃ ὑπισχνοῦ ποιήσειν ἀγαθὰ ἡμᾶς, ἀποτετέλεσταί σοι ἤδη, ὥστε καὶ προσοφείλοντές σοι ἄλλας χάριτας ἀναπεφήναμεν Cyr. III 2, 16. Conv. 3, 6. β) post praes. opt. c. ἄν Hier. 1, 7.

5. fut. ind. α) post praes. ind. λέγεται βαρὺ τὸ χωρίον εἶναι, ὥστε, ὅταν περὶ τούτου δέῃ συμβουλεύειν, αὕτη σοι ἡ πρόφασις ἀρκέσει Comm. III 6, 12. Cyr. I 6, 17. β) post fut. ind. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τούσδε, ἣν ἐπὶ σὲ κινῶνται, ἐλῶ, ὥστε ἀναγκασθήσονται ἡμῖν προσέχειν τὸν νοῦν Cyr. I 4, 20. III 1, 43. De Cyr. I 4, 28 v. p. 49.

6. praes. opt. c. ἄν α) post perf. ind. Νέστορος δὲ προδιελήλυθεν ἡ ἀρετὴ τῶν Ἑλλήνων τὰς ἀκοάς, ὥστε εἰδόσιν ἂν λέγοιμι Cyneg. 1, 7. Cyr. III 3, 35. β) post fut. R. equ. 11, 12.

7. aor. opt. c. ἄν α) post praes. ind. πλοῖα ὑμῖν πάρεστιν, ὥστε ὅπῃ ἂν βούλησθε ἐξαίφνης ἂν ἐπιπέσοιτε Anab. V 6, 20. Oec. 13, 4. β) post perf. ind. Cyr. IV 5, 54. γ) post aor. opt. c. ἄν Oec. 2, 8.

8. imperf. c. ἄν: Κύρου ἐκ τῆς πολυλογίας οὐ θράσος διεφαίνετο, ἀλλ' ἁπλότης καὶ φιλοστοργία, ὥστ' ἐπεθύμει ἄν τις ἔτι πλείω αὐτοῦ ἀκούειν ἢ σιωπῶντι παρεῖναι Cyr. I 4, 3.

Longe plurimis autem locis graviore interpunctione praemissa ὥστε particula sententiam consecutivam non aliter antecedenti annectit ac Latinum „itaque“:

1. praes. ind. Cyr. I 2, 10. II 2, 15. 2, 25. 4, 12. IV 1, 3. 2, 41. 3, 23. V 2, 34. VI 1, 12. VII 1, 46. 1, 47. 5, 8. VIII 3, 41. 5, 4 [8, 6]. Hell. II 3, 29. VI 1, 6. 1, 9. 1, 16. 3, 8. 3, 8. 3, 11. VII 1, 4. 1, 9. Anab. I 3, 10. 3, 12. 9, 4. 9, 28. III 1, 22. IV 6, 16. V 5, 10. VII 3, 3. 6, 10. 6, 38. 7, 22. Comm. I 4, 9. III 5, 4. Oec. 4, 3. 13, 5. 14, 7. Conv. 4, 15. 4, 54. Hier. 1, 18. 1, 19. 4, 4. 4, 8. 7, 4. Ages. 1, 3. Rp. Lac. 2, 11. 5, 3. 6, 3. 10, 6. 11, 2. 13, 7. Rp. Ath. 2, 6. 2, 13. 2, 18. Vect. 4, 4. Hipp. 8, 7. Cyneg. 5, 5. 5, 6. 5, 28. 9, 9. 12, 11. 12, 16. 13, 14. Apol. 1. 25. 30.

2. imperf. Cyr. I 4, 6. III 3, 25. VI 1, 26. 3, 4. 4, 1. VII 5, 50. VIII 1, 39. 1, 44. 5, 13. Hell. II 4, 29. III 1, 13. 2, 8. 2, 26. 4, 25. IV 3, 8. 4, 17. 8, 21. 8, 27. V 1, 11. 1, 28. 3, 17. 4, 42. 4, 46. 4, 48. 4, 52. 4, 57. VI 2, 6. 2, 30. VII 1, 24. 1, 25. 4, 36. 5, 18. 5, 21. Anab. I 1, 8. 1, 8. 1, 9. 7, 19. 9, 19. 10, 19. II 3, 25. 4, 2. 4, 12. III 4, 17. 4, 26. 4, 48. 5, 13. IV 1, 16. 1, 17. V 2, 23. VI 3, 8. 3, 19. Comm. III 14, 6. Conv. 2, 11. Ages. 1, 22. 2, 4. 6, 2. 6, 6. Apol. 5.

3. aor. ind. Cyr. II 1, 21. VII 1, 26. VIII 1, 15. 4, 7. Hell. II 2, 3. III 2, 5. 2, 22. IV 3, 14. 5, 3. 7, 6. V 1, 5. 1, 27. 1, 30. VI 4, 9. 5, 52. VII 1, 46. 4, 16. 4, 17. Anab. I 9, 13. II 2, 17. III 3, 11. IV 5, 4. V 2, 4. 2, 15. 6, 27. VII 4, 19. Oec. 7, 23. Ages. 1, 18. 6, 8.

4. perf. ind. Hell. VI 1, 15. Anab. I 7, 7. III 1, 40.

5. plusq. Hell. III 5, 9. Anab. II 6, 12. Ages. 2, 26. Cyneg. 1, 4.

6. fut. ind. Cyr. VII 4, 13. Hell. II 4, 16. IV 8, 4. V 1, 15. 2, 27. Anab. II 4, 5. IV 6, 17. V 4, 20. Rp. Ath. 3, 7. Hipp. 3, 9.

7. praes. opt. c. ἄν Hell. VII 1, 8. Comm. III 1, 9. Oec. 7, 26. Hier. 11, 11.

8. aor. opt. c. ἄν Cyr. II 4, 15. Rp. Lac. 13, 5.
9. imperf. c. ἄν Cyr. VII 1, 16.
10. aor. ind. c. ἄν Cyr. IV 5, 6. Ages. 1, 26.
11. imper. praes. Cyr. I 3, 18. Conv. 2, 9. 4, 16.

Praeterea sex locis sententia interrogativa sequitur, in qua exstat

α) praes. ind. ὥστε τί ἄλλο ἢ ἱπποκένταυρος γίγνομαι; Cyr. IV 3, 20. VIII 4, 11.

β) praes. opt. c. ἄν: ὥστε πῶς οὐκ ἂν ἐγὼ δικαίως μνήμης τυγχάνοιμι; Cyr. VIII 7, 9. Hell. VI 1, 7.

γ) aor. opt. c. ἄν: ὥστε νικῶντες μὲν τίνα ἂν ἀποκτείναιμεν; Anab. II 4, 6. Hell. VI 5, 42.

De simplicis optativi usu in Oec. 1, 13. Cyr. V 5, 30. 3, 47. Hell. III 5, 23 cf. p. 49.

De ὡς particula pro ὥστε usurpata.

Pro ὥστε particula saepissime ὡς usurpari satis notum est; quid intersit non constat. Neque crediderim discrimen statui posse nisi hoc, quod statuit Seume p. 19: 'Tamen discrimen aliquod est inter ὥστε et ὡς, non significationis illud quidem, sed usus. Quamquam enim ὡς saepissime usurpatur pro ὥστε, nunquam ponitur ὥστε, ubi usitatum est ὡς, in sententiis finalibus, temporalibus, ante superlativos, post verba dicendi, sentiendi sim.'

Praeterea in usurpanda ὡς pro ὥστε particula scriptores multum inter se differunt: nam 'apud Homerum ὡς nunquam in consecutivis sententiis invenimus' (Seume p. 19) (quae exempla attulit Fellmann p. 23 sq., aliter explicanda sunt) et 'cum Aeschylus, Sophocles, Herodotus, Xenophon ὡς pro ὥστε saepissime ponant, ab Euripide ὡς semel tantum sic usurpatur, neque plura exempla exstant apud Thucydidem et apud Platonem; in Aristophane autem et oratoribus Atticis hoc ὡς consecutivum frustra quaeres' (Seume p. 21).

Atque Herodotus quidem, ut omittam elocutiones quales sunt ὡς (λόγῳ) εἰπεῖν, ὡς ἐν ἐλαχίστῳ (ἐν πλέονι λόγῳ) δηλῶσαι

sim., quae nunquam ὥστε particulam patiuntur, ὡς cum **infinitivo** coniunxit his quatuor locis:

a) infinitivus finem actionis exprimit: ὀρύσσειν ἐκέλευε διώρυχα τῇ θαλάσσῃ εὖρος ὡς δύο τριήρεας πλέειν ὁμοῦ ἐλαστρεομένας VII 24 (cf. II 158 ὥστε).

b) sententia antecedens pendet a verbo dicendi: Ἄτλας τὸ ὄρος ὑψηλὸν οὕτω δή τι λέγεται ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι IV 184. (Sine causa Herwerden hoc atque aliis locis ὥστε conicit.)

c) sententia antecedens est negativa: ἡ Ῥοδῶπις κάρτα ἐπαφρόδιτος γενομένη μεγάλα ἐκτήσατο χρήματα, ἀτὰρ οὐκ ὥς γε ἐς πυραμίδα τοιαύτην ἐξικέσθαι II 135. Μαιάνδριος ὑπέλαβε τὸν λόγον, ὡς μὲν ἐγὼ δοκέω, οὐκ ἐς τοῦτο ἀφροσύνης ἀπικόμενος ὡς δόξαι τὴν ἑωυτοῦ δύναμιν περιέσεσθαι τῆς βασιλέος III 146 (at fut. ind. I 199). (In II 7 ὡς spurium esse videtur.)

Ex modis solus indicativus occurrit, semper antecedente οὕτω vel οὕτω δή τι, his sex locis: τοὺς Ἕλληνας Πέλοψ κατεστρέψατο οὕτω ὡς καὶ ἐς τόδε αὐτοί τε ὥνθρωποι καὶ ἡ γῆ αὐτῶν ἐπώνυμοι τοῦ καταστρεψαμένου καλέονται VII 11. τούτῳ τῷ ἀνδρὶ προσφιλέες οἱ Φωκαιέες οὕτω δή τι ἐγένοντο, ὥς σφεας ἐκέλευε τῆς ἑωυτοῦ χώρης οἰκῆσαι ὅκου βούλονται I 163. Ῥοδῶπις οὕτω δή τι κλεινὴ ἐγένετο ὡς καὶ οἱ πάντες Ἕλληνες Ῥοδώπιος τὸ οὔνομα ἐξέμαθον II 135. ἐδωρέετο Δημοκήδεα οὕτω δή τι δαψιλέϊ δωρεῇ ὡς τοὺς ἀποπίπτοντας ἀπὸ τῶν φιαλέων στατῆρας ἑπόμενος ὁ οἰκέτης ἀνελέγετο καί οἱ χρῆμα πολλόν τι χρυσοῦ συνελέχθη III 130. VIII 99.

post sententiam negativam: ἐπεὰν δὲ μιχθῇ, ἀποσιωσαμένη τῇ θεῷ ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία, καὶ τὠπὸ τούτου οὐκ οὕτω μέγα τί οἱ δώσεις ὥς (ᾧ Krueger) μιν λάμψεαι I 199. (v. p. 50.) (Quodsi Thomas p. 45 sq. praeterea affert VIII 56 et VII 172, priore loco ὥστε (cod. R) scribendum esse mihi videtur, altero particulae ὡς causalem vim inesse puto.)

Thucydides uno loco ὡς pro ὥστε cum infinitivo coniunxit: ναυμαχήσαντες ἀντίπαλα μὲν καὶ ὡς αὐτοὺς ἑκατέρους ἀξιοῦν νικᾶν διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων VII 34, 6. Infinitivus poneretur necesse erat, quia sententia consecutiva pendet a participio. Modos post ὡς consecutivum Thucydides non adhibuit.

Apud Xenophontem saepissime ὡς particulam pro ὥστε non solum cum infinitivo, sed etiam cum modis coniunctam videmus.

Ac primum quidem infinitivus vim finalem exhibet:

a) post verba efficiendi sim. ἐπέταξε τὸν ἀεὶ πρεσβύτατον ἐν τῷ γυμνασίῳ ἑκάστῳ ἐπιμελεῖσθαι ὡς μήποτε αὐτοὶ ἐλάττους τῶν σιτίων γίγνεσθαι Rp. Lac. 5, 8. οἶδα ὑμᾶς φυλαξαμένους ὡς μὴ παρασχεῖν τούτῳ πρόφασιν Anab. VII 6, 22. τὸ στράτευμα παρεσκευακέναι ὡς πόνον μηδένα ἀποκάμνειν Hell. VII 5, 19.

b) absolute, ut ita dicam, usurpatus: εἰς τὴν ἑσπέραν, ἐπεὶ σκότος εἴη, ἐξεβίβαζεν, ὡς μὴ καταδήλους εἶναι τοῖς πολεμίοις ταῦτα ποιοῦντας Hell. I 6, 20. ἠξίου αὐτὸν τοῖς πλησίον βασιλεῦσι χρήματα διδόναι, ὡς συμμάχους εἶναι Hell. V 2, 38. διφθέρας συνέσπων ὡς μὴ ἅπτεσθαι τῆς κάρφης τὸ ὕδωρ Anab. I 5, 10. εἶχον τὰ δρέπανα ὡς διακόπτειν ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν Anab. I 8, 10. ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ τῷ κέρατι ὡς ἀναπαύεσθαι, συσκευάζεσθε Anab. II 2, 4. κατέβαινον, ὡς ἐπὶ τὸν ἕτερον ἀναβαίνειν Anab. III 4, 25. παρήγγειλε διαβαίνειν ὅτι τάχιστα ᾗ ἕκαστος τὴν τάξιν εἶχεν, ὡς μὴ ἐμποδίζειν ἀλλήλους Anab. IV 3, 29. ἔφασαν αὐτοὺς μέλλειν ἐνθάδε πλεῖν, ὡς ἡμῖν λέξαι τὰ γενόμενα Anab. V 7, 18. Rp. Lac. 5, 3. 2, 5. Anab. I 8, 15. Hipp. 9, 5. R. equ. 12, 11 (bis). Cyr. I 2, 8. Huiuscemodi infinitivis finem actionis exprimi demonstrat interpolatio, quae invenitur in Anab. V 2, 12: ὁ δὲ τοῖς πελτασταῖς πᾶσι παρήγγειλε διηγκυλωμένους ἰέναι, ὡς, ὁπόταν σημήνῃ, ἀκοντίζειν, καὶ τοὺς τοξότας ἐπιβεβλῆσθαι ἐπὶ ταῖς νευραῖς, ὡς, ὁπόταν σημήνῃ, τοξεύειν [δεῆσον].

His exemplis adiungo, quamquam finalem vim non prae se ferunt, participia passivi nonnullorum verborum, quae ad sensum verborum efficiendi proxime accedunt: παρεσκευασμένους ὡς ποιεῖν τι Hipp. 7, 8. συνηρμοσμένου ὡς τῶν ἀλλοτρίων μηδενὸς προσδεῖσθαι Apol. 16. οὕτως ὡπλισμένοι ὡς ὅτι προσωτάτω ταχθέντες μάχεσθαι Cyr. II 1, 11. τράπεζα ὡς φίλοις μεταδιδόναι ἱκανῶς κεκοσμημένη καὶ ὡς τὸν καλόν τι ποιοῦντα ἐπιγεραίρειν Cyr. VIII 6, 11.

Venio ad ὡς consecutivum. Atque ut eodem ordine utar,

quo in ὥστε particulae usu Xenophonteo tractando, primum afferam ea exempla, in quibus ὡς cum infinitivo coniunctum invenitur post sententias, quae non sunt sui iuris:

a) sententia antecedens est condicionalis: καὶ αἰδοῦς δ' ἂν ἡγεῖτο μᾶλλον πάντας ἐμπιμπλάναι, εἰ αὐτὸς φανερὸς εἴη πάντας οὕτως αἰδούμενος ὡς μήτ' εἰπεῖν ἂν μήτε ποιῆσαι μηδὲν αἰσχρόν Cyr. VIII 1, 27. Hipp. 6, 1. Vect. 3, 3. εἰ μὲν πλοῖα ἔσεσθαι μέλλει ἱκανὰ ὡς ἀριθμῷ ἕνα μὴ καταλείπεσθαι ἐνθάδε, ἡμεῖς ἂν πλέοιμεν Anab. V 6, 12. Hipp. 6, 1. ἤν τις τρέφῃ ὡς πόνους δύνασθαι ὑποφέρειν R. equ. 11, 13.

b) sententia antecedens pendet 1. in infinitivo posita a verbis declarandi et existimandi: τὰ πιστὰ δίδωσιν αὐτοῖς, ἐὰν ἐμπεδώσωσιν ἃ λέγουσιν, ὡς φίλοις καὶ πιστοῖς χρήσεσθαι αὐτοῖς, ὡς μήτε Περσῶν μήτε Μήδων μεῖον ἔχειν παρ' ἑαυτῷ. Cyr. IV 2, 8. τὰ δὲ κείμενα ὡς μὴ ῥᾴδια εἶναι ἰδεῖν διηγεῖτο (thesauros, quos non facile esset perlustrare, enumerabat) Cyr. VIII 4, 35. ἢν δὲ ἐξαπατᾶτε, οὕτω νομίζομεν ἔχειν, ὡς οὐχ ἡμᾶς ἐφ' ὑμῖν ἔσεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ὑμᾶς ἐφ' ἡμῖν γενέσθαι Cyr. IV 2, 13 (bis). VIII 5, 1. 2. ab ὅτι coniunctione: Πέρσας πάντας παρακαλεῖτε συνησθησομένους ἐμοὶ ὅτι ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἤδη ἔσομαι, ὡς μηδὲν ἂν ἔτι κακὸν παθεῖν Cyr. VIII 7, 27. (v. p. 58 sq.) Ages. 2, 7.

c) sententia antecedens est interrogativa pendens ex verbo interrogandi: ὅπως ἐπιμελεῖ τοῦ περιουσίαν ποιεῖν ὡς καὶ φίλους ἐπωφελεῖν καὶ πόλιν ἐπισχύειν, ταῦτα ἂν ἡδέως πυθοίμην Oec. 11, 13. 6, 11. (cf. p. 30.)

Etiam post haec enuntiationum genera, quae ipsa per se constant, infinitivus ponatur necesse est:

a) sententia antecedens est negativa: οὐδεμίαν πώποτε ἀγέλην ᾐσθήμεθα συστᾶσαν ἐπὶ τὸν νομέα οὔτε ὡς μὴ πείθεσθαι οὔτε ὡς μὴ ἐπιτρέπειν τῷ καρπῷ χρῆσθαι Cyr. I 1, 2. R. equ. 10, 12. aut verbum negativo sensu praeditum continet: ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους . . . ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀγωνίζεσθαι Cyr. I 5, 11. VI 4, 16.

b) comparativus cum ἢ coniunctus antecedit: τὰς ἀσπίδας μείζους ἔχουσιν ἢ ὡς ποιεῖν τι καὶ ὁρᾶν Cyr. VI 4, 17. τὴν ἀγυιὰν στενωτέραν ἢ ὡς ἐπὶ μετώπου πάντας διιέναι Cyr. II

4, 3. βαθύτεραι φάλαγγες ἢ ὡς ἐξικνεῖσθαι Cyr. VI 3, 22. βραχύτερα ἠκόντιζον ἢ ὡς ἐξικνεῖσθαι Anab. III 3, 7. μεγαλοπρεπέστερον ἢ ὡς προσδεῖσθαι Comm. I 4, 10. eadem significatio inest positivo: ὀλίγοι ἐσμὲν ὡς ἐγκρατεῖς εἶναι αὐτῶν Cyr. IV 5, 15.

c) sententia antecedens verba δεῖ, χρή continet: τὸν ῥυταγωγέα χρὴ εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα λαβεῖν, καὶ οὕτω χαλαρόν, ὡς μὴ σπᾶν τὸν ἵππον R. equ. 7, 1. 12, 9. συντεκμαιρομένη ὅσον ἔδει ῥιπτεῖν ὕψος ὡς ἐν ῥυθμῷ δέχεσθαι αὐτούς Conv. 2, 8. Hier. 6, 11.

d) sententia antecedens verbum ἔξεστι continet: καὶ κλέψαι οὐκ ἀδύνατόν μοι δοκεῖ εἶναι, ἐξὸν μὲν νυκτὸς ἰέναι ὡς μὴ ὁρᾶσθαι, ἐξὸν δὲ ἀπελθεῖν τοσοῦτον ὡς μὴ αἴσθησιν παρέχειν Anab. IV 6, 13.

e) infinitivus rem exprimit quae consequi possit vel potuerit: πάντα ἱκανὰ προσῆγον ὡς δειπνῆσαι πᾶσαν τὴν σὺν Κύρῳ στρατιάν Cyr. V 2, 5. Hell. VI 1, 13. καὶ γὰρ ἀγαθή ἐστιν ἡμέρα ὡς ἀρετῆς ἄρχεσθαι Oec. 11, 6. τὰς πορείας οὕτω βραχείας ποιοῦνται ὡς μηδέν' ἂν ἔτι θαυμάσαι τὸ ἀπέχεσθαι τῶν ἀναγκαίων. [Cyr. VIII 8, 11.] (v. p. 59.)

Infinitivus rem exprimit quae revera consequitur vel consecuta est: ἐνετύγχανον τάφροις καὶ αὐλῶσιν ὕδατος πλήρεσιν ὡς μὴ δύνασθαι διαβαίνειν ἄνευ γεφυρῶν Anab. II 3, 10. Κλέαρχος ἐκόλαζε ἰσχυρῶς, καὶ ὀργῇ ἐνίοτε, ὡς καὶ αὐτῷ μεταμέλειν ἔσθ' ὅτε Anab. II 6, 9. ὁ ποταμὸς τοσοῦτος τὸ βάθος ὡς μηδὲ τὰ δόρατα ὑπερέχειν πειρωμένοις τοῦ βάθους Anab. III 5, 7.

Sed non solum cum infinitivo, etiam cum modis finitis coniunctum ὡς consecutivum, antecedente pronomine vel adverbio demonstrativo, non ita raro invenitur.

1. praes. ind. ἐγὼ οὕτω πολλὰ ἔχω ὡς μόλις αὐτὰ καὶ ἐγὼ αὐτὸς εὑρίσκω Conv. 4, 37. Cyr. V 4, 11. Hell. IV 1, 33. VI 1, 15. Conv. 8, 35. R. equ. 11, 9.

2. imperf. τοὺς Λακεδαιμονίους οὕτως οἱ πελτασταὶ ὤκνουν ὡς ἐντὸς ἀκοντίσματος οὐ προσῄσαν τοῖς ὁπλίταις Hell. IV 4, 16. Cyr. VIII 6, 23. Ages. 3, 2.

3. aor. ind. οὕτω τελέως ὁ ἀνὴρ τῇ πατρίδι ὠφέλιμος

ὧν διεγένετο ὡς καὶ τετελευτηκὼς ἤδη ἔτι μεγαλείως ὠφελῶν τὴν πόλιν εἰς τὴν ἀίδιον οἴκησιν κατηγάγετο Ages. 11, 16. Cyr. III 1, 38.

4. fut. ind. ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ τοσούτῳ πλεονεκτήσει τῶν ἐνδεεστέρων βίου ὡς πεινήσας τῶν ἡδίστων σίτων τεύξεται Cyr. VII 5, 81.

5. praes. opt. c. ἄν: βάθος (sc. τοσοῦτον ἔχει) ὡς οὐδ' ἂν δύο ἄνδρες ὁ ἕτερος ἐπὶ τοῦ ἑτέρου ἑστηκὼς τοῦ ὕδατος ὑπερέχοιεν Cyr. VII 5, 8.

6. aor. opt. c. ἄν: οὕτω ῥᾴδιον ταύτην τὴν τάξιν μαθεῖν ὡς, ὅστις τοὺς ἀνθρώπους δύναται γιγνώσκειν, οὐδεὶς ἂν ἁμάρτοι Rp. Lac. 11, 6. Oec. 8, 14. Conv. 4, 39.

7. imperf. c. ἄν: οἱ δὲ ἀπελογοῦντο ὡς οὐκ ἄν ποτε οὕτω μῶροι ἦσαν ὡς, εἰ ᾔδεσαν καταλαμβανόμενον τὸν Πειραιᾶ, ἐν τῷ ἄστει ἂν ὑποχειρίους αὑτοὺς παρεῖχον Hell. V 4, 22.

8. aor. ind. c. ἄν: εὐθὺς ἡ Ἀριάδνη ἀκούσασα τοιοῦτόν τι ἐποίησεν ὡς πᾶς ἂν ἔγνω ὅτι ἀσμένη ἤκουσε Conv. 9, 3. 4, 21.

Omnibus iam exemplis Herodoteis, Thucydideis, Xenophonteis enumeratis et dispositis explicare conabor, quid de ὥστε particulae usu statui posse mihi videatur.

Infinitivo ab ὥστε particula pendenti non solum vim consecutivam, sed etiam finalem inesse satis multa exempla docent; vide exempla Herodotea p. 10 sq., Thucydidea p. 18 sqq., Xenophontea p. 26 sq.

Ac finali quidem vi praeditus est infinitivus non solum post verba efficiendi ex. c. ὁ δὲ συνειδὼς αὑτῷ πολλὰ καὶ πονηρὰ πάντ' ἐποίει ὥστε ἀπαλλαγῆναι τοῦ Ἀρχεδήμου. ὁ δὲ Ἀρχέδεμος οὐκ ἀπηλλάττετο. Xen. Comm. II 9, 6.

decernendi: ψηφίσασθαι ὥστε μὴ ἴσων ἕκαστον τυγχάνειν Xen. Cyr. II 2, 20.

commovendi: τῶν Σαμίων προυτρέψαντο τοὺς δυνατοὺς ὥστε πειρᾶσθαι μετὰ σφῶν ὀλιγαρχηθῆναι Thuc. VIII 63, 3.

prohibendi: μόλις οἱ στρατηγοὶ κατέσχον ὥστε μὴ καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαφθείρεσθαι Thuc. IV 130, 6.

paciscendi: συνέβησαν ἐς λόγους συνελθόντες ὥστε τριηκοσίους ἑκατέρων μαχέσασθαι, ὁκότεροι δ' ἂν περιγένωνται, τούτων εἶναι τὸν χῶρον. Her. I 82.

sed etiam absolute, ut ita dicam, usurpatus: τῶν ἡβώντων αὐτῷ παρανόμως ἄνδρας ἐξῆγον ἐκ Σπάρτης, ὥστε τῶν πόλεων ἄρχοντας καθιστάναι καὶ μὴ τοῖς ἐντυχοῦσιν ἐπιτρέπειν Thuc. IV 132, 3. ὡς δὲ Ἀγησίλαος τῶν διαβατηρίων γενομένων οὐκ ἔμελλεν, ἀλλ' ἐπορεύετο, πολλαὶ πρεσβεῖαι ἀπήντων καὶ χρήματα ἐδίδοσαν, ὥστε μὴ ἐμβάλλειν . . . οὐκ ἐθελόντων δὲ αὐτῶν τὴν ἀκρόπολιν παραδοῦναι, ἐνέβαλε εἰς τὴν χώραν Xen. Hell. V 3, 14.

Quid intersit inter infinitivum nudum ab illis verbis efficiendi etc. pendentem et infinitivum cum ὥστε coniunctum, vix perspici potest. Nam Herodoteum illud, quod legimus VI, 5 ἐνθεῦτεν δὲ, οὐ γὰρ ἔπειθε τοὺς Χίους ὥστε ἑωυτῷ δοῦναι νέας,

διέβη ἐς Μυτιλήνην καὶ ἔπεισε Λεσβίους δοῦναί οἱ νέας. οἱ δὲ πληρώσαντες ὀκτὼ τριήρεας ἔπλεον ἅμα Ἱστιαίῳ ἐς Βυζάντιον movere nos non potest, ut discrimen statuamus inter rem, quae non consecuta sit et quae consecuta sit, quoniam permultis locis infinitivo etiam praemissa particula ὥστε res exprimitur, quae re vera consecuta est ex. c. χρόνῳ δὲ κατεργάσατό τε καὶ ἀνέπεισε Ξέρξην ὥστε ποιέειν ταῦτα Her. VII 6.

Infinitivi finalis tempora sunt praesens et aoristus. Perfecti infinitivum non locum habere post verba efficiendi etc. apparet. Suo iure autem ponitur post ὥστε 'ea condicione ut', ubi de re in futuro tempore exacta agitur, singulis locis Thucydideis et Xenophonteis:

καὶ αὐτοὺς ἐς τὴν νῆσον οἱ στρατηγοὶ τὴν Πτυχίαν ἐς φυλακὴν διεκόμισαν ὑποσπόνδους, μέχρι οὗ Ἀθήναζε πεμφθῶσιν, ὥστ' ἐὰν εἷς τις ἁλῷ ἀποδιδράσκων, ἅπασι λελύσθαι τὰς σπονδάς. (Monendum tamen est in codicibus AB verba ὥστε-σπονδάς deesse.) Thuc. IV 46, 3.

Ἔπειτα οὐκ ἂν πρίαιό γε παμπόλλου ὥστε σοὶ ταῦτ' εἰρῆσθαι, καὶ ἀπαγγελθῆναι παρ' ᾗ εὐδοκιμεῖν βούλει ὅτι ἀστεῖος εἶ; Xen. Cyr. VIII 4, 23.

Futuri infinitivum non usurpari, etiamsi de re agitur, quae in tempore futuro posita est, inde explicatur, quod verba efficiendi etc. ipsa in se futuri notionem continent. Praesentis igitur et aoristi infinitivus sufficere videbatur, qui aliquid futurum esse exprimeret, atque non solum post verba efficiendi etc. velut: ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαι οὕτω ὥστε μηδὲ μαθεῖν μιν ὀφθεῖσαν ὑπὸ σεῦ. Her. I 9. ἐγὼ ταῦτα ποιήσω ὥστε σὲ καὶ τὸν παῖδα τὸν σὸν μηδὲν ἐπιμέμφεσθαι Her. I 116. τὸν δὲ πρότερον ἐόντα ὑμέων δεσπότην ἡμεῖς παραστησόμεθα οὕτω ὥστε ἐπὶ μηδαμοὺς ἔτι ἀνθρώπους αὐτὸν στρατεύσασθαι Her. IV 136, sed etiam absolute usurpatus: Πάχης ἀναστήσας αὐτοὺς ὥστε μὴ ἀδικῆσαι κατατίθεται ἐς Τένεδον Thuc. III 28, 2. Eundem sensum praebet uno loco infinitivus futuri: ὁ δὲ προκαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν ὥστε, ἢν μηδὲν ἀρέσκον λέγῃ, πάλιν αὐτὸν καταστήσειν ἐς τὸ τεῖχος σῶν καὶ ὑγιᾶ, ὁ μὲν ἐξῆλθε παρ' αὐτόν. Thuc. III 34, 3. Hoc infinitivi futuri exemplum cum nullo eorum exemplorum, quae Seume p. 55 sqq. collegit,

comparari potest, quippe quae omnia consecutivi generis sint. (Her. VIII 57 μένειν pro μενέειν cum Kruegero scribendum esse puto). Quamobrem nescio an pro infinitivo futuri καταστήσειν infinitivus aoristi καταστῆσαι ponendus sit, qui optime congruit cum infinitivo ἀδικῆσαι (Th. III 28, 2), aliis multis.

Infinitivi finalis negatio est μή. Hanc negationem accedere ad infinitivum post positiva verba prohibendi, ubi nostra lingua negationem omittit, satis notum est: μόλις οἱ στρατηγοὶ κατέσχον ὥστε μὴ καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαφθείρεσθαι Th. IV 130, 6. Th. I 34, 3. 49, 7. IV 132, 2. V 49, 1. VII 36, 4. VIII 108, 1. Anab. III 5, 11. Negatio deest Xen. Hell. VII 2, 13: ἐπεὶ δὲ καιρὸς ἐδόκει ἰέναι, ἀπῇσαν οἱ πολέμιοι κύκλῳ τοῦ Τρικαράνου· ὥστε γὰρ τὴν σύντομον πρὸς τοὺς Πελληνέας ἀφικέσθαι ἡ πρὸ τοῦ τείχους φάραγξ εἶργε. Post negativa verba prohibendi haec duo exempla inveniuntur: οὔτε σφέας Εὐρυβιάδης κατέχειν δυνήσεται οὔτε τις ἀνθρώπων ἄλλος ὥστε μὴ οὐ διασκεδασθῆναι τὴν στρατιήν. Her. VIII 57. καί σε μήτε νὺξ μήθ' ἡμέρα ἐπισχέτω ὥστε ἀνεῖναι πράσσειν τι ὧν ἐμοὶ ὑπισχνεῖ. Th. I 129, 3. Alterum horum exemplorum negationem μὴ οὐ, quae post negativa verba prohibendi postulatur, recte praebet; in altero ὥστε ἀνεῖναι consecutivam vim exhibet post sententiam negativam, in qua verbum prohibendi absolute usurpatum est.

Cum infinitivo finali particulam ἄν, quae saepissime exstat apud infinitivum consecutivum, coniungi non posse apparet.

Praeterea monendum est infinitivum finalem non ita raro sententiae, a qua pendet, antecedere, quod nunquam fit in sententiis consecutivis: ὥστε ἡσυχίαν ἄγοντας ἡμᾶς φίλους μὲν εἶναι ἀντὶ πολεμίων, ξυμμάχους δὲ μηδετέρων, οὐκ ἂν δέξαισθε; (ὥστε = ea condicione ut) Th. V 94.

ὥστε δὲ τὴν γυναῖκα ἀπολαβεῖν, πόσα ἄν μοι χρήματα δοίης; Xen. Cyr. III 1, 35.

ὥστε γὰρ τὴν σύντομον πρὸς τοὺς Πελληνέας ἀφικέσθαι ἡ φάραγξ εἶργε. Xen. Hell. VII 2, 13.

ὥστε δὲ μὴ ὀλισθάνειν ἡ ὕλη καὶ ἡ γῆ σχήσει. Xen. Anab. III 5, 11.

ὥστε μὲν γὰρ βέλτιον ἔχειν τὴν πολιτείαν οἷόν τε πολλὰ

ἐξευρεῖν. ὥστε μέντοι ὑπάρχειν δημοκρατίαν μὲν εἶναι, ἀρκούντως δὲ τοῦτο ἐξευρεῖν οὐ ῥᾴδιον Xen. Rp. Ath. 3, 9. ὡς μὲν δὴ μὴ βλάπτεσθαι θεῶν ἵλεων ὄντων ταῦτα ὅπλα. ὡς δὲ τοὺς ἐναντίους βλάπτειν, μάχαιραν μὲν μᾶλλον ἢ ξίφος ἐπαινοῦμεν. Xen. R. equ. 12, 11.

Persaepe etiam infinitivum finalem interclusum videmus verbis sententiae, a qua pendet, quod in sententiis consecutivis duobus locis exceptis (Δαρείῳ ἐξαγγέλθη τὸν ἡγεμόνα γενέσθαι τῆς συλλογῆς ὥστε ταῦτα συνυφανθῆναι τὸν Μιλήσιον Ἀρισταγόρην Her. V 105. δὶς γὰρ τὸν αὐτόν, ὥστε καὶ κτείνειν, οὐκ ἐπελάμβανε. Thuc. II 51, 6.) non inveni:

χρήματα, ὥστ' ἔχειν ἐς αὐτά, οἴσομεν Thuc. I 121, 5. VI 90, 4. VII 77, 5. Xen. Cyr. III 2, 16. ᾗ μέντοι ὥστε ταῦτα γίγνεσθαι ἐμηχανήσατο, καὶ τοῦτο καλὸν μὴ παραλιπεῖν. Xen. Rp. Lac. 9, 3.

In locum infinitivi finalis modi finiti cum ὥστε particula coniuncti non succedunt, nimirum quia infinitivus ab illis verbis efficiendi, decernendi, commovendi, prohibendi, paciscendi non minus pendet, si ὥστε ponitur, quam si deest; absolute autem usurpatus non rem exprimit, quae re vera consequatur vel consecuta sit.

Perpauca exempla in dubium vocari possunt:

Ξενοφῶν δὲ καὶ Χειρίσοφος διεπράξαντο ὥστε λαβόντες τοὺς νεκροὺς ἀπέδοσαν τὸν ἡγεμόνα. Xen. Anab. IV 2, 23. ὁ δὲ θεὸς οὕτως ἐποίησεν ὥστε ἀμφότεροι μὲν τρόπαιον ὡς νενικηκότες ἐστήσαντο, τοὺς δὲ ἱσταμένους οὐδέτεροι ἐκώλυον etc. Xen. Hell. VII 5, 26. Sed iam p. 26 monui his locis verba διαπράττεσθαι, ποιεῖν absolute usurpata esse neque verborum efficiendi, sed agendi vim habere; sententiae igitur ab ὥστε incipientes consecutivi generis sunt. Aliter res se habet de Her. III 36: οἱ δὲ θεράποντες κατακρύπτουσι τὸν Κροῖσον ἐπὶ τῷδε τῷ λόγῳ ὥστε, εἰ μὲν μεταμελήσῃ τῷ Καμβύσῃ καὶ ἐπιζητέῃ τὸν Κροῖσον, οἱ δὲ ἐκφήναντες αὐτὸν δῶρα λάμψονται ζωάγρια Κροίσου, ἢν δὲ μὴ μεταμέληται μηδὲ ποθέῃ μιν, τότε καταχρᾶσθαι. Indicativum futuri λάμψονται pro λαμβάνειν infinitivo usurpavisse mihi videtur Herodotus, ut certam exspectationem servorum exprimeret, qua eos deceptos esse deinde

narrat; vertere possumus: 'in der Absicht, als ob sie sicher bekommen würden, (andernfalls aber) ihn zu töten'.

Quoniam finalis infinitivi usus tot exemplis illustratur, ut apud Thucydidem quidem praevaleat consecutivo infinitivi usui, mirari licet ab omnibus fere grammaticis nostris ὥστε particulam nonnisi in consecutivis particulis numerari (ex. c. Krüger, griech. Sprachlehre § 65. 2. Die Folge ist entweder eine unbeabsichtigte oder eine beabsichtigte: consekutive oder finale Sätze. 3. Die unbeabsichtigte Folge bezeichnet ὥστε. 4. Die beabsichtigte Folge bezeichnen ἵνα, ὡς, ὅπως), quamquam concedunt praeter infinitivum cum ὥστε coniunctum alias coniunctiones usurpari, quae clarius vim finalem prae se ferunt (cf. Krüger, l. c. 3. Anm. 1. Demgemäss steht es nur mit dem Infinitiv, wenn es etwas zu Erstrebendes einführt, synonym mit ὅπως). Neque tamen ulla est causa, cur in ὥστε ab origine consecutivam fuisse vim censeamus, infinitivo autem non solum consecutivam, sed etiam finalem vim inesse constat.

Ut iam ad consecutivum usum transeam, infinitivus usque ad Sophoclis et Herodoti aetatem solus in usu erat. Atque etiam, postquam modi finiti in usum vocati sunt, infinitivo multo maior tribuebatur provincia, quam modis finitis. Nam primum quidem infinitivus solus aptus remanebat, qui consecutionem adiungeret sententiae, quae non est sui iuris. Necesse est igitur ponatur infinitivus:

1. post sententiam condicionalem: εἴ τις τοὺς σὲ θεραπεύοντας οὕτω διατιθείη ὥστ' ἐκείνου μᾶλλον ἢ σοῦ βούλεσθαι εἶναι, ἆρ' ἂν ἀντὶ ταύτης τῆς εὐεργεσίας χάριν αὐτῷ εἰδείης; Xen. Cyr. V 5, 29.

2. post sententiam, quae ipsa pendet:

α) in infinitivo posita a verbis declarandi sim.: ἔφασαν τοὺς στρατιώτας εἰς τοῦτο τρυφῆς ἐλθεῖν ὥστ' οὐκ ἐθέλειν πίνειν, εἰ μὴ ἀνθοσμίας εἴη Xen. Hell. VI 2, 6.

β) in participio posita a verbis sentiendi sim.: τὰ δ' ἄλλα χρήματα σὺ ἀπαγαγὼν φύλαττε, ἔστ' ἂν ἐμὲ ἴδῃς ἔχοντα ὥστε σοῦ μὴ ἡττᾶσθαι ἀντιδωρούμενον. Xen. Cyr. V 4, 32.

γ) ab ὅτι coniunctione post verba declarandi et sentiendi: καὶ σύμπασαν τὴν οἰκίαν ἐπέδειξα αὐτῇ ὅτι πρὸς μεσημβρίαν ἀναπέπταται ὥστε εὔδηλον εἶναι ὅτι χειμῶνος μὲν εὐήλιός ἐστι, τοῦ δὲ θέρους εὔσκιος. Xen. Oec. 9, 4.

3. post sententiam interrogativam pendentem a verbo interrogandi sim.: καλέσας τὸν Γωβρύαν ἠρώτα εἰ εἴη ἄλλη ὁδός, ὥστε μὴ πάνυ ἐγγὺς τοῦ τείχους ἄγειν. Xen. Cyr. V 4, 41.

Haec lex non refutatur perpaucis locis, qui abhorrent: εἰ γοῦν τις χρῷτο τῷ ἀργυρίῳ ὥστε πριάμενος οἷον ἑταίραν διὰ ταύτην κάκιον μὲν τὸ σῶμα ἔχοι, κάκιον δὲ τὴν ψυχήν, κάκιον δὲ τὸν οἶκον, πῶς ἂν ἔτι τὸ ἀργύριον αὐτῷ ὠφέλιμον εἴη; Xen. Oec. 1, 13. εἴ τις τὴν γυναῖκα τὴν σὴν οὕτω θεραπεύσειεν ὥστε φιλεῖν αὐτὴν μᾶλλον ποιήσειεν ἑαυτὸν ἢ σέ, ἆρ' ἄν σε τῇ εὐεργεσίᾳ ταύτῃ εὐφράναι; Xen. Cyr. V 5, 30 (cf. V 5, 29 et 31). πάνυ αὐτῷ ἐδόκει θαυμαστὸν εἶναι, εἰ οἱ μὲν βάναυσοι ἴσασι τῆς ἑαυτοῦ τέχνης ἕκαστος τῶν ἐργαλείων τὰ ὀνόματα, ὁ δὲ στρατηγὸς οὕτως ἠλίθιος ἔσοιτο ὥστε οὐκ εἴσοιτο τῶν ὑφ' ἑαυτῷ ἡγεμόνων τὰ ὀνόματα. Xen. Cyr. V 3, 47. ἐλογίζοντο δὲ καὶ τὸ ἱππικὸν ὡς τὸ μὲν ἀντίπαλον πολύ, τὸ δὲ αὐτῶν ὀλίγον εἴη, τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι οἱ νεκροὶ ὑπὸ τῷ τείχει ἔκειντο, ὥστε οὐδὲ κρείττοσιν οὖσι διὰ τοὺς ἀπὸ τῶν πύργων ῥᾴδιον εἴη ἀνελέσθαι. Xen. Hell. III 5, 23. ἐνταῦθα δὴ τὸν Κῦρον γελάσαι τε ἐκ τῶν ἔμπροσθεν δακρύων καὶ εἰπεῖν αὐτῷ θαρρεῖν ἀπιόντι, ὅτι παρέσται αὐτοῖς ὀλίγου χρόνου, ὥστε ὁρᾶν ἐξέσται κἂν βούληται ἀσκαρδαμυκτί. Xen. Cyr. I 4, 28.

Vides in sententia consecutiva eundem modum usurpari atque in sententia antecedente, quater optativum, semel futuri indicativum. Quoniam autem simplex optativus nunquam 'nisi sententia primaria ipsa optativa est' (Seume p. 43 sq. ceterorum scriptorum nonnulla exempla affert) invenitur, 'ille optativi post optativum positi usus monstrat comparativam consecutivi ὥστε significationem a Graecis semper servatam esse' (Seume p. 48). Eodem modo illum futuri indicativum explicandum esse puto. Quae modorum assimilatio etiam in sen-

tentiis finalibus occurrit cf. Weber, Entwicklungsgeschichte der Absichtssätze I 45 (Würzburg 1884).

Praeterea infinitivus postulatur post haec enuntiationum genera, quae per se constant:

1. post sententias, quae negativum sensum praebent, cum

α) aut negationem contineant: οὐ μὲν οὐδὲ ἡ βασιλήίη ἐς Ἀλέξανδρον περιήιε, ὥστε γέροντος Πριάμου ἐόντος ἐπ' ἐκείνῳ τὰ πρήγματα εἶναι Her. II 120.

β) aut comparativum cum ἤ coniunctum: τὰ μὲν οἰκήια ἦν μέζω κακὰ ἢ ὥστε ἀνακλαίειν Her. III 14.

γ) aut sententiam interrogativam sensu negativo praeditam: τοῦτ' οὖν ἔστιν ὅπως τις ἂν ὑμᾶς ἐξαπατήσαι, ὥστε ἐμβαίνειν, ὁπόταν νότος πνέῃ; Xen. Anab. V 7, 7.

Neque tamen desunt exempla, quae repugnent: οὐ γὰρ δὴ οὕτω γε φρενοβλαβὴς ἦν ὁ Πρίαμος οὐδὲ οἱ ἄλλοι οἱ προσήκοντες αὐτῷ, ὥστε τοῖσι σφετέροισι σώμασι καὶ τοῖσι τέκνοισι καὶ τῇ πόλι κινδυνεύειν ἐβούλοντο, ὅκως Ἀλέξανδρος Ἑλένῃ συνοικέῃ. Her. II 120. οὐ γὰρ δὴ ἐς τοσοῦτό γε εὐηθείης ἀνήκει τοῦτο, ὥστε δόξει ἐμὲ ὁρῶν σὲ εἶναι. Her. VII 16 γ. καὶ τὠπὸ τούτου οὐκ οὕτω μέγα τί οἱ δώσεις ὥς μιν λάμψεαι. Her. I 199. ἀπελογοῦντο ὡς οὐκ ἄν ποτε οὕτω μῶροι ἦσαν ὡς εἰ ᾔδεσαν καταλαμβανόμενον τὸν Πειραιᾶ, ἐν τῷ ἄστει ἂν ὑποχειρίους αὐτοὺς παρεῖχον. Xen. Hell. V 4, 22. Seume, qui p. 50 praeterea affert Eurip. Troad. 971. Phoen. 1612. Aristoph. Nub. 977. Antiph. 5, 43. Lys. 13, 18. Isae. 4, 24. Dem. 18, 30, indicativum a scriptoribus ob eam rem poni censet, ut orationem fortiorem et acriorem reddant. Recte quidem. Neque tamen hoc neglegendum est, quod ne post positivas sententias quidem indicativus futuri (quem legimus Her. VII 16 γ. I 199) et imperfectum cum ἄν coniunctum (quod exstat Xen. Hell. V 4, 22) ita usurpari solent, ut pronomen vel adverbium demonstrativum antecedat; v. p. 55 sqq. Quamobrem in hoc quoque usu comparativam ὥστε particulae vim praevaluisse puto.

Ann. Post sententias interrogativas simplices, quae neque pendent a verbis interrogandi sim. neque sensu negativo sunt praeditae, et a Sophocle (O. R. 533) et ab Herodoto et a Thucydide et a Xenophonte indicativus ponitur: Ὦ ξεῖνε

Ἀθηναῖε, ἡ δ' ἡμετέρη εὐδαιμονίη οὕτω τοι ἀπέρριπται ἐς τὸ μηδὲν, ὥστε οὐδὲ ἰδιωτέων ἀνδρῶν ἀξίους ἡμέας ἐποίησας; Her. I 32. σκοποῦσι δ' ὑμῶν οὕτως οἱ ὑπήκοοι τὸ εἰκός, ὥστε τούς τε μὴ προσήκοντας καὶ ὅσοι ἄποικοι ὄντες κεχείρωνται ἐς τὸ αὐτὸ τιθέασιν; Thuc. V 96. Αἰσχύλον δὲ τὸν Φλιάσιον πρὸς ἐμὲ ἐπαινῶν καὶ ἐμὲ πρὸς ἐκεῖνον οὐχ οὕτω διέθηκας ὥστε διὰ τοὺς σοὺς λόγους ἐρῶντες ἐκυνοδρομοῦμεν ἀλλήλους ζητοῦντες; Xen. Conv. 4, 63. Ἆρά γε διὰ τοιαύτας τινὰς προνοίας καὶ τῆς ἐν τῷ σμήνει ἡγεμόνος αἱ μέλιτται οὕτω διατίθενται πρὸς αὐτήν, ὥστε ὅταν ἐκείνη ἐκλίπῃ, οὐδεμία οἴεται τῶν μελιττῶν ἀπολειπτέον εἶναι, ἀλλ' ἕπονται πᾶσαι; Xen. Oec. 7, 38.

2. post ea enuntiationum genera, quae exprimunt aliquid ita fieri aut oportere aut posse, ut alia res consequi possit:

α) aut imperativo vel verbis δεῖ, χρή sim. αἱ πτέρυγες τοιαῦται καὶ τοσαῦται ἔστωσαν ὥστε στέγειν τὰ μέλη R. equ. 12, 4.

β) aut verbis ἔξεστι, δύνασθαι sim. περίεστί μοι ἀμφιέννυσθαι ὥστε μηδὲν μᾶλλον Καλλίου ῥιγῶν Xen. Conv. 4, 37. καὶ οἱ παῖδες, ὅταν παίζωσι ποσίνδα, δύνανται ἀπατᾶν προΐσχοντες ὥστε ὀλίγους ἔχοντες πολλοὺς δοκεῖν ἔχειν. Xen. Hipp. 5, 10.

3. post verba impersonalia, quae 'fit, accidit' exprimunt: συνήνεικε ὥστε τῶν συμποτέων οἱ ἄνδρα ἀπηλικέστερον παριέναι Her. III 14.

4. infinitivus cum ὥστε coniunctus explicandi causa ad pronomen vel substantivum accedit: εἰ δέ ποτε κληθεὶς ἐθελήσειεν ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν, ὃ τοῖς πλείστοις ἐργωδέστατόν ἐστιν, ὥστε φυλάξασθαι τὸ ὑπὲρ τὸν κόρον ἐμπίμπλασθαι, τοῦτο ῥᾳδίως πάνυ ἐφυλάττετο. Xen. Comm. I 3, 6.

Haec quae enumeravi enuntiationum genera suo iure infinitivum postulant, nam 1) post sententias negativo sensu praeditas infinitivus rem exprimit, quae omnino non consequatur vel consecuta sit,

2) post sententias verba χρή, ἔξεστι sim. continentes, quae consequi possit vel potuerit,

3) post verba συνήνεικε sim. et

4) appositionis loco positus infinitivus etiam omissa particula ὥστε suum locum tenet.

Sed infinitivus etiam ipse per se aptus erat, qui rem exprimeret

1) quae consequi posset vel potuisset: ταῦτα γὰρ (sc. Thermopylae et Artemisium) ἀγχοῦ τε ἀλλήλων ἐστὶ ὥστε πυνθάνεσθαι τὰ κατὰ ἑκατέρους ἐόντα Her. VII 175. ἐτειχίζετο οὖν οὕτω ξὺν τῷ πρότερον πρὸς ἤπειρον ὑπάρχοντι τείχει ὥστε καθεζομένων ἐς αὐτὸ ἀνθρώπων ὀλίγων ἄρχειν τοῦ ἔσπλου Thuc. VIII 90, 4. κραυγὴν πολλὴν ἐποίουν ὥστε καὶ τοὺς πολεμίους ἀκούειν Xen. Anab. II 2, 17.

2) quae revera consequeretur vel consecuta esset: τὸν δὴ περιάγουσα ἅμα τοῖσι Πέρσῃσι ἥλω νηῦς ἡ Σιδωνίη, ὥστε Πυθέην οὕτω σωθῆναι ἐς Αἴγιναν Her. VIII 92. τῶν Πλαταιῶν τις τὰς πύλας ἔκλῃσε ὥστε μηδὲ ταύτῃ ἔτι ἔξοδον εἶναι Thuc. II 4, 3. Ἀχαιοὶ τοὺς ἐποίκους προύδοσαν, ὥστε ἀπολέσθαι αὐτῶν πρὸς ἑπτακοσίους Xen. Hell. I 2, 18.

Utra vis infinitivo inesset, nonnisi sententiarum sensus docebat. Sed non solum modorum, etiam temporum certo discrimine infinitivus carebat, quoniam ex infinitivi temporibus nulla fere nisi praesens et aoristus usurpata sunt. Perfecti infinitivi, ut omittam εἰδέναι, κεῖσθαι, ἀπολωλέναι, omnes fere praesentis sensum habent: οἶμαι δὲ καὶ λόγων καὶ βουλευμάτων κοινωνὸν ἄν σε ποιοῖντο διὰ τὸ πιστεύειν, ὥστε μηδὲ ἕν σε λεληθέναι ὧν βουλόμεθα εἰδέναι. Xen. Cyr. VI 1, 40. Κλέαρχος ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς Μένωνος, ὥστ' ἐκείνους ἐκπεπλῆχθαι καὶ αὐτὸν Μένωνα καὶ τρέχειν ἐπὶ τὰ ὅπλα. Xen. Anab. I 5, 13. ἀνάγκη ἦν δι' ὅλου τοῦ στρατεύματος γίγνεσθαι τὴν ἐπίστασιν. ὥστε τὸ στράτευμα καὶ αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησι δόξαι πάμπολυ εἶναι καὶ τὸν Πέρσην ἐκπεπλῆχθαι θεωροῦντα. Xen. Anab. II 4, 26. ἰχνεύεσθαι δὲ τοὺς λαγῶς (sc. δεῖ), ὅταν νίφῃ ὁ θεὸς ὥστε ἠφανίσθαι τὴν γῆν. Xen. Cyneg. 8, 1. πολλοὶ ἱππεῖς μυωπίζοντες καὶ παίοντες ἐκπλήττουσιν τοὺς ἵππους, ὥστε τεταράχθαι καὶ κινδυνεύειν. Xen. R. equ. 10, 2. προκεχωρηκότων τοῖς Λακεδαιμονίοις ὥστε Θηβαίους μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, Κορινθίους δὲ πιστοτάτους γεγενῆσθαι, Ἀργείους δὲ τεταπεινῶσθαι, ἀσφαλῶς ἡ ἀρχὴ ἐδόκει αὐτοῖς κατεσκευάσθαι. Xen. Hell. V 3, 27.

καὶ μεμνῆσθαι χρὴ ἡμᾶς ὅτι νεωστὶ ἀπὸ νόσου μεγάλης καὶ πολέμου βραχύ τι λελωφήκαμεν, ὥστε καὶ χρήμασι καὶ τοῖς σώμασιν ηὐξῆσθαι. Thuc. VI 12, 1. καὶ τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἔφθασαν παροικοδομήσαντες, ὥστε μηκέτι μήτε αὐτοὶ κωλύεσθαι ὑπ' αὐτῶν, ἐκείνους τε καὶ παντάπασιν ἀπεστερηκέναι, εἰ καὶ κρατοῖεν, μὴ ἂν ἔτι σφᾶς ἀποτειχίσαι. Thuc. VII 6, 4.

Futuri notio infinitivis praesentis et aoristi exprimitur, non solum praeeunte futuro: ἢν μέν νυν μὴ συμβάλωμεν, ἔλπομαί τινα στάσιν μεγάλην διασείσειν ἐμπεσοῦσαν τὰ Ἀθηναίων φρονήματα, ὥστε μηδίσαι Her. VI 109. Xen. Cyr. IV 2, 8. VI 1, 19. Hell. IV 8, 32. ἡμεῖς δὲ αὖ πολλὴν δᾷδα ἔχομεν, ἣ ταχὺ πολὺ πῦρ τέξεται, πολλὴν δὲ πίτταν καὶ στυππεῖον, ἃ ταχὺ παρακαλεῖ πολλὴν φλόγα· ὥστε ἀνάγκην εἶναι ἢ φεύγειν ταχὺ τοὺς ἀπὸ τῶν οἰκιῶν ἢ ταχὺ κατακεκαῦσθαι Xen. Cyr. VII 5, 23. Hell. V 2, 34. Anab. V 6, 19. Oec. 8, 10. Hipp. 7, 7, sed etiam alio tempore: τοῦτ' οὖν ἔστιν ὅπως τις ἂν ὑμᾶς ἐξαπατήσαι, ὥστε ἐμβαίνειν, ὁπόταν νότος πνέῃ; Xen. Anab. V 7, 7. συνοίδαμεν ὑμῖν ὑπὸ τὸν παρεόντα τόνδε πόλεμον ἐοῦσι πολλὸν προθυμοτάτοισι, ὥστε καὶ ταῦτα ἐσακούειν. Her. IX 60.

Rarissime autem futuri infinitivus occurrit: Κῦρος οἱ ἐπηπείλησε οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς μιν εὐπετέως τὸ γόνυ οὐ βρεχούσας διαβήσεσθαι. Her. I 189. οἱ θεοί σε ποιήσαντα ἀνόσια ὑπήγαγον ἐς χεῖρας τὰς ἐμάς, ὥστε σε μὴ μέμψεσθαι τὴν ἀπ' ἐμέο τοι ἐσομένην δίκην. Her. VIII 106. ἢν δὲ ἐξαπατᾶτε, οὕτω νομίζομεν ἔχειν, ὡς οὐχ ἡμᾶς ἐφ' ὑμῖν ἔσεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον, ἢν οἱ θεοὶ θέλωσιν, ὑμᾶς ἐφ' ἡμῖν γενέσθαι. Xen. Cyr. IV 2, 13. Quodsi Seume, qui p. 55 sqq. permulta exempla omnium scriptorum enumeravit, censet 'in oratione recta futurum fuisse, ut omnia illa exempla indicativum post ὥστε haberent, infinitivum igitur ob eam tantum causam positum esse, quia sententiae primariae sint in infinitivo', errare mihi videtur; nam neque in Dem. 29, 5 (ἐπιδείξω etc. οὕτω μεγάλοις καὶ φανεροῖς ἐλέγχοις ὥσθ' ὑμᾶς πάντας εἴσεσθαι σαφῶς ὅτι etc.) et 30, 4 (ἀποδείξω etc. οὕτω μεγάλοις τεκμηρίοις καὶ φανεροῖς ἐλέγχοις ὥσθ' ὑμᾶς ἅπαντας εἴσεσθαι σαφῶς ὅτι etc.), quae exempla ipse affert,

sententia consecutiva est in oratione obliqua, neque in illo, quod supra addidi: Her. VIII 106. Futuri infinitivi usus igitur, quamquam rarissime occurrit, ne in oratione recta quidem dubitari potest. De Thuc. III 34, 3 v. p. 45 sq.

Quoniam infinitivus non solum modorum, sed etiam temporum certo discrimine carebat, necesse videbatur modos et tempora finita in usum vocari.

Ac primum quidem indicativus usurpatus est, qui rem re vera consecutam exprimeret. Temporum usus liberrimus est; nam inveniuntur:

1. praes. ind.

α) post praes. ind. τὸν δὲ τῆς Δήμητρος καρπὸν ὧδε ἀγαθὴ ἐκφέρειν ἐστὶ ὥστε ἐπὶ διηκόσια μὲν τὸ παράπαν ἀποδιδοῖ Her. I 193.

β) post aor. ind. τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν οὕτω δή τι ἐποίησε σκολιὸν ὥστε δὴ τρὶς ἐς τῶν τινα κωμέων ἀπικνέεται ῥέων Her. I 185.

γ) post perf. ind. μεμηχάνηται οὕτω τοῦτο τὸ τεῖχος ὥστε ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου κύκλος τοῖσι προμαχεῶσι μούνοισί ἐστι ὑψηλότερος Her. I 98.

2. imperf.

α) post praes. ind. καὶ τόλμα δὲ ἀτολμίας ἔσθ' ὅτε τοσοῦτον διαφέρει ὥστε Δελφίων τις ἱκανὸς ἦν κωλύειν τοὺς βουλομένους εἰρήνην ποιεῖσθαι. Xen. Hell. V 3, 22.

β) post imperf. ἡσυχίαν εἶχεν ὁ δῆμος καὶ κατάπληξιν τοιαύτην ὥστε κέρδος ὁ μὴ πάσχων τι βίαιον, εἰ καὶ σιγῴη, ἐνόμιζε Thuc. VIII 66, 2.

γ) post aor. ind. ἐγένετο σπουδὴ τοῦ πλοῦ τοιαύτη, ὥστε ἤσθιόν τε ἅμα ἐλαύνοντες καὶ οἱ μὲν ὕπνον ᾑροῦντο, οἱ δὲ ἤλαυνον Thuc. III 49, 3.

3. aor. ind.

α) post praes. ind. ἀπέχει ἡ Ῥήνεια τῆς Δήλου οὕτως ὀλίγον, ὥστε Πολυκράτης ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι ἁλύσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον Thuc. III 104, 2.

β) post imperf. τοσούτῳ διέφερεν τοῦ Θίβρωνος ὥστε παρήγαγε τὸ στράτευμα διὰ τῆς φιλίας χώρας οὐδὲν βλάψας τοὺς συμμάχους. Xen. Hell. III 1, 10.

γ) post aor. ind. Ἄργος ἀνδρῶν ἐχηρώθη οὕτω ὥστε οἱ δοῦλοι αὐτῶν ἔσχον πάντα τὰ πρήγματα Her. VI 83.

δ) post perf. ind. οὗτοι τοσοῦτον πάντας ἀνθρώπους ὑπερβεβλήκασι τόλμῃ τε καὶ μιαρίᾳ ὥστε αὐτογνωμονήσαντες ἀπέκτειναν τὸν ἄνδρα. Xen. Hell. VII 3, 6.

ε) post plusquamp. οἱ Ἀρκάδες οὕτως ἐπεφόβηντο τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ὥστε οὐδ' ἀνεπαύσαντο τῆς νυκτός. Xen. Hell. VII 4, 32.

4. perf. ind.

α) post praes. ind. ὑπὸ Φαρναβάζου ἀδικηθεὶς οὕτω τιμωρεῖται αὐτὸν ὥστε φυγάδα πάσης τῆς χώρας πεποίηκεν. Xen. Hell. IV 1, 7.

β) post perf. ind. οὕτω δὲ πόρρω προεληλύθασι φυλακῆς ὥστε πεποίηνται πολλοὶ νόμον τῷ μιαιφόνῳ μηδὲ τὸν συνόντα καθαρεύειν. Xen. Hier. 4, 4.

5. plusq. κυνῶν Ἰνδικῶν τοσοῦτο δή τι πλῆθος ἐτρέφετο ὥστε τέσσερες τῶν ἐν τῷ πεδίῳ κῶμαι μεγάλαι τοῖσι κυσὶ προσετετάχατο σιτία παρέχειν. Her. I 192.

Haec quae hucusque enumeravi tempora et praemisso et non praemisso pronomine vel adverbio demonstrativo usurpantur; longe plurimis autem locis ὥστε particula non praeeunte demonstrativo sententiam consecutivam non aliter antecedenti adiungit ac Latinum 'itaque', ut aut seiungi possit aut etiam graviore interpunctione seiungatur. Vide exempla Herodotea p. 16 sq., Thucydidea p. 23 sq., Xenophontea p. 36 sqq.

Huius generis omnia fere exempla sunt, quae futuri indicativum praebent:

6. fut. ind.

α) post praes. ind. λέγεται βαρὺ τὸ χωρίον εἶναι, ὥστε αὕτη σοι ἡ πρόφασις ἀρκέσει Xen. Comm. III 6, 12.

β) post fut. ind. καὶ ταχέως σφέας γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν ὄψεαι γεγονότας, ὥστε οὐδὲν δεινοί τοι ἔσονται Her. I 155.

Reliqua exempla sunt: Her. VIII 140α. Thuc. I 122, 2. V 26, 3. Xen. Cyr. VII 4, 13. Hell. II 4, 16. IV 8, 4. V 1, 15. 2, 27. Anab. II 4, 5. IV 6, 17. V 4, 20. Rp. Ath. 3, 7. Hipp. 3, 9. Cyr. I 6, 17. 4, 20. III 1, 43.

Pronomen vel adverbium demonstrativum praecedit tan-

tum, ut omittam Her. III 36 (v. p. 47), Xen. Cyr. I 4, 28 (v. p. 49), Her. I 199. VII 16γ (v. p. 50), his locis: αἱ μὲν τῶν Περσέων κεφαλαί εἰσι ἀσθενέες οὕτω ὥστε, εἰ θέλεις ψήφῳ μούνῃ βαλεῖν, διατετρανέεις, αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων οὕτω δή τι ἰσχυραί, μόγις ἂν λίθῳ παίσας διαρρήξειας. Her. III 12. καὶ τοῦτο οὕτω μὲν πολλοῦ ἄξιον τὸ ἐνθύμημα, οὕτω δὲ ῥᾴδιον καὶ μαθεῖν, ὥστε νυνὶ ἀκούσας σὺ τοῦτο ἐμοὶ ὁμοίως ἐπιστάμενος ἄπει, καὶ ἄλλον διδάξεις, ἐὰν βούλῃ. Xen. Oec. 20, 24. ὡς Xen. Cyr. VII 5, 81.

Indicativum igitur usurpari videmus, quo res revera consecuta vel consecutura exprimatur, optativus praesentis et aoristi cum ἄν coniunctus in usum vocatur, ut rem significet, quae consequi possit vel potuerit. Raro autem sententia consecutiva cum antecedente artius cohaeret praemisso pronomine vel adverbio demonstrativo: τὸ δὲ θυμιᾶται ἐπιβαλλόμενον καὶ ἀτμίδα παρέχεται τοσαύτην ὥστε Ἑλληνικὴ οὐδεμία ἄν μιν πυρίη ἀποκρατήσειε. Her. IV 75 Xen. Cyr. I 1, 4. Anab. II 5, 15. Cyneg. 5, 33. ὡς Cyr. VII 5, 8. Rp. Lac. 11, 6. Oec. 8, 14. Conv. 4, 39. plerumque deest demonstrativum: οἶδα γὰρ ὑμᾶς ταῦτα ἐπισταμένους καὶ μεμελετηκότας καὶ ἀκούοντας διὰ τέλους, ὥστε κἂν ἄλλους εἰκότως ἂν διδάσκοιτε. Xen. Cyr. III 3, 35. (cf. Oec. 15, 10: τὰ μὲν ἰδὼν ἂν ἐργαζομένους, τὰ δὲ ἀκούσας, εὐθὺς ἂν ἐπίσταιο, ὥστε καὶ ἄλλον, εἰ βούλοιο, διδάσκειν). πλοῖα ὑμῖν πάρεστιν, ὥστε ὅπῃ ἂν βούλησθε ἐξαίφνης ἂν ἐπιπέσοιτε Xen. Anab. V 6, 20. Reliqua exempla sunt: α) praes. opt. c. ἄν: Her. II 16. 173. Thuc. II 60, 7. III 58, 3. VI 18, 1. Xen. Cyr. VIII 7, 9. Hell. VI 1, 7. VII 1, 8. Comm. III 1, 9. Oec. 7, 26. Hier. 11, 11. Cyneg. 1, 7. R. equ. 11, 12. β) aor. opt. c. ἄν: Thuc. I 70, 9. V 97. VI 34, 2. Xen. Cyr. II 4, 15. IV 5, 54. Hell. VI 5, 42. Anab. II 4, 6. Oec. 2, 8. 13, 4. Rp. Lac. 13, 5.

Praeter indicativum et optativum cum ἄν coniunctum usurpatur praeteritum (imperfectum et aoristi indicativus) cum ἄν coniunctum; nunquam praecedit pronomen vel adverbium demonstrativum, ubi ὥστε particula ponitur:

α) imperf. c. ἄν: ἐπὶ δὲ χιόνι πεσούσῃ πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ

ῦσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσι, ὥστε εἰ ἐχιόνιζε ὕετο ἂν ταῦτα τὰ χωρία. Her. II 22. 43. Xen. Cyr. I 4, 3. VII 1, 16.

β) aor. ind. c. ἄν: κατεφαίνετο πάντα αὐτόθεν, ὥστε οὐκ ἂν ἔλαθεν ὁρμώμενος ὁ Κλέων τῷ στρατῷ Thuc. V 6, 3. IV 78, 3. Xen. Cyr. IV 5, 6. Ages. 1, 26.

omnibus autem locis, ubi ὡς particula exstat, demonstrativum praecedit:

α) imperf. c. ἄν: οἱ δὲ ἀπελογοῦντο ὡς οὐκ ἄν ποτε οὕτω μῶροι ἦσαν ὡς, εἰ ᾔδεσαν καταλαμβανόμενον τὸν Πειραιᾶ, ἐν τῷ ἄστει ἂν ὑποχειρίους αὐτοὺς παρεῖχον Xen. Hell. V 4, 22.

β) aor. ind. c. ἄν: εὐθὺς ἡ Ἀριάδνη ἀκούσασα τοιοῦτόν τι ἐποίησεν ὡς πᾶς ἂν ἔγνω ὅτι ἀσμένη ἤκουσε Xen. Conv. 9, 3. 4, 21.

Imperativo denique, quem invenimus Her. IX 42. Thuc. I 124, 1. VI 91, 4. VII 63, 4. 64, 2. Xen. Cyr. I 3, 18. Conv. 2, 9. 4, 16, nunquam demonstrativum praecedere posse apparet.

Clarissime autem docent, quam levi vinculo sententiae ab ὥστε incipientes cum antecedentibus cohaereant, sententiae interrogativae, quae non ita raro ὥστε particulam sequuntur: Thuc. VI 18, 1. Xen. Cyr. IV 3, 20. VIII 4, 11. 7, 9. Hell. VI 1, 7. 5, 42. Anab. II 4, 6.

De simplicis optativi usu v. p. 49.

Ex usu modorum cum ἄν coniunctorum derivandam esse infinitivi cum ἄν constructionem censuit Seume p. 44 sq. Quod quamquam nonnullis locis probari posse videtur, tamen obstant et omnia tragicorum exempla (Soph. El. 755. 1316. O. R. 374. Trach. 669) et tam multa aliorum scriptorum, ut certa lex vix statui possit.

Ac primum quidem concedendum est servatam esse particulam ἄν ex oratione recta his locis:

εἶναι δὲ ταχυτῆτα οὐδενὶ ἑτέρῳ ὅμοιον, οὕτω ὥστε, εἰ μὴ προλαμβάνειν τοὺς Ἰνδοὺς τῆς ὁδοῦ ἐν ᾧ τοὺς μύρμηκας συλλέγεσθαι, οὐδένα ἂν σφεων ἀποσώζεσθαι Her. III 105. ἐνόμιζε τοῦ αὐτῶν στρατοπέδου καταφανῆ ἂν εἶναι πάντα τὰ ἁμαρτήματα, ὥστε προσπίπτειν ἂν αὐτοὺς ἀπροσδοκήτως ᾗ βούλοιντο. Thuc. IV 29, 3. Βρασίδας καὶ τὸ στράτευμα ἐνόμιζον

νῦν δὲ κἂν τυχεῖν αὐτοὺς Ἀθηναίους μὴ βουληθέντας ἀγωνίζεσθαι, ὥστε ἀμαχεὶ ἂν περιγενέσθαι αὐτοῖς ὧν ἕνεκα ἦλθον. Thuc. IV 73, 3. Hac ratione explicari posse mihi videntur etiam: ἱκανοὶ γὰρ αὐτοὶ οἰόμενοι εἶναι ἅμα τ' ἂν ἔμαθον ἥσσους ὄντες καὶ ἀποτετειχισμένοι ἂν ἦσαν, ὥστε μηδ' εἰ μετέπεμψαν ἔτι ὁμοίως ἂν αὐτοὺς ὠφελεῖν. Thuc. VII 42, 3. Haec verba ex sententia Demosthenis dicta esse, demonstrant quae sequuntur: ταῦτα οὖν ἀνασκοπῶν ὁ Δημοσθένης ἐβούλετο ὅ τι τάχος ἀποχρήσασθαι τῇ παρούσῃ ἐκπλήξει. praeterea: εἰ δέ τις οἴεται αὐτὸν ἐλέγχεσθαι περὶ τοῦ δαιμονίου ψευδόμενον, ἐννοησάτω πρῶτον μὲν ὅτι οὕτως ἤδη τότε πόρρω τῆς ἡλικίας ἦν, ὥστ' εἰ καὶ μὴ τότε οὐκ ἂν πολλῷ ὕστερον τελευτῆσαι τὸν βίον. [Xen. Comm. IV 8, 1.] Infinitivus pro indicativo aoristi positus est, quia sententia antecedens pendet ab ἐννοησάτω ὅτι.

Nonnullis locis ἄν particula in sententia antecedente posita effecisse videtur, ut etiam infinitivo sententiae consecutivae ἄν adderetur:

ἀγῶνας ἄν τίς μοι δοκεῖ προειπὼν ἑκάστοις καὶ ἆθλα προτιθεὶς μάλιστ' ἂν ποιεῖν εὖ ἀσκεῖσθαι ἕκαστα, ὥστε ὁπότε δέοιτο ἔχειν ἂν παρεσκευασμένοις χρῆσθαι Xen. Cyr. I 6, 18. καὶ αἰδοῦς ἂν ἡγεῖτο μᾶλλον πάντας ἐμπιμπλάναι, εἰ αὐτὸς φανερὸς εἴη πάντας οὕτως αἰδούμενος, ὡς μήτ' εἰπεῖν ἂν μήτε ποιῆσαι μηδὲν αἰσχρόν. Xen. Cyr. VIII 1, 27.

In Thuc. II 49, 5 τὰ δὲ ἐντὸς οὕτως ἐκάετο ὥστε μηδ' ἄλλο τι ἢ γυμνοὶ ἀνέχεσθαι, ἥδιστά τε ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν infinitivus ἀνέχεσθαι causa fuisse videtur, cur ἥδιστα ἂν ῥίπτειν poneretur pro ἥδιστα ἂν ἔρριπτον.

Quomodo autem explicari possint haec quae sequuntur exempla, equidem non video:

καί μοι οἱ θεοὶ οὕτως ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐσήμηναν ὥστε καὶ ἰδιώτην ἂν γνῶναι, ὅτι τῆς μοναρχίας ἀπέχεσθαί με δεῖ Xen. Anab. VI 1, 31. καὶ γὰρ ἤκουον τοῦ Διονύσου μὲν ἐπερωτῶντος αὐτήν, εἰ φιλεῖ αὐτόν, τῆς δ' οὕτως ἐπομνυούσης, ὥστε μὴ μόνον τὸν Διόνυσον, ἀλλὰ καὶ τοὺς παρόντας ἅπαντας συνομόσαι ἂν ἦ μὴν τὸν παῖδα καὶ τὴν παῖδα ὑπ' ἀλλήλων φιλεῖσθαι Xen. Conv. 9, 6. Πέρσας πάντας παρακαλεῖτε συνησθησομένους ἐμοὶ ὅτι ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἤδη ἔσομαι, ὡς μηδὲν ἂν ἔτι

κακόν παθεῖν, μήτε ἣν μετὰ τοῦ θείου γένωμαι μήτε ἣν μηδὲν ἔτι ὦ. Xen. Cyr. VIII 7, 27. τὰς πορείας οὕτω βραχείας ποιοῦνται ὡς μηδέν' ἂν ἔτι θαυμάσαι τὸ ἀπέχεσθαι τῶν ἀναγκαίων. [Xen. Cyr. VIII 8, 11.]

Hanc infinitivi in oratione recta cum particula ἄν coniuncti constructionem miram esse Seume et ipse concedit (p. 45).

Restat, ut de negationibus sententiarum consecutivarum dicam. Modorum usitatam esse negationem οὐ, infinitivi μή satis constat. Interdum autem infinitivo adiuncta est negatio οὐ. Haec

α) aut servata est ex oratione recta:

εἶναι δὲ ταχυτῆτα οὐδενὶ ἑτέρῳ ὅμοιον, οὕτω ὥστε, εἰ μὴ προλαμβάνειν τοὺς Ἰνδοὺς τῆς ὁδοῦ, ἐν ᾧ τοὺς μύρμηκας συλλέγεσθαι, οὐδένα ἄν σφεων ἀποσώζεσθαι Her. III 105. Ἄτλας τὸ ὄρος ὑψηλὸν οὕτω δή τι λέγεται ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι. Her. IV 184. τοὺς γὰρ Βοιωτοὺς ᾤοντο πεπεῖσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐς τὰς Ἀθηναίων σπονδὰς ἐσιέναι, τούς τε Ἀθηναίους εἰδέναι ταῦτα, ὥστε οὐδὲ πρὸς Ἀθηναίους ἔτι σφίσιν εἶναι ξυμμαχίαν ποιήσασθαι Thuc. V 40, 2. ὥστε οὐδὲ τούτους, οἵπερ ἂν βουλεύοιέν τι χρηστόν, παρὰ σφίσι χείρους εἶναι Thuc. VIII 76, 6. ἔφασαν τοὺς στρατιώτας εἰς τοῦτο τρυφῆς ἐλθεῖν ὥστ' οὐκ ἐθέλειν πίνειν, εἰ μὴ ἀνθοσμίας εἴη Xen. Hell. VI 2, 6. Cyr. IV 2, 13 ὡς. Neque tamen ubique in oratione obliqua negationem οὐ usurpari docet hoc exemplum: ἀσθενὲς δὲ τὸ ὕδωρ τῆς κρήνης ταύτης οὕτω δή τι ἔλεγον εἶναι οἱ κατάσκοποι ὥστε μηδὲν οἷόν τε εἶναι ἐπ' αὐτοῦ ἐπιπλέειν, ἀλλὰ πάντα σφέα χωρέειν ἐς βυσσόν. Her. III 23.

β) aut ad singulam vocem, non ad infinitivum pertinet:

Κῦρος οἱ ἐπηπείλησε οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς μιν εὐπετέως τὸ γόνυ οὐ βρεχούσας διαβήσεσθαι. Her. I 189. Seume (p. 63) hoc quoque loco negationem οὐ ob eam solam causam usurpatam esse putat, quod in oratione recta futurum fuisset, ut indicativus futuri poneretur. Nam ubique infinitivum futuri ex indicativo futuri orationis rectae ortum esse censet (p. 57). Hoc non rectum esse supra (p. 53 sq.) demonstravisse mihi videor. Neque hoc

loco infinitivus futuri ex indicativo futuri orationis rectae ortus esse mihi videtur; nam futuri indicativum antecedente adverbio demonstrativo (οὕτω σε ἀσθενέα ποιήσω, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκές σε εὐπετέως τὸ γόνυ οὐ βρέχουσαι διαβήσονται) rarum esse supra (p. 55 sq.) commemoravi atque Seume ipse quoque (p. 58) concedit. Immo in oratione recta exspectanda erat infinitivus praesentis vel aoristi (οὕτω σε ἀσθενέα ποιήσω ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς σε εὐπετέως τὸ γόνυ οὐ βρεχούσας διαβῆναι), quem iuvenimus saepissime notione futuri praeditum imprimis praeeunte futuro cf. Her. I 116 ἐγὼ ταῦτα ποιήσω ὥστε σὲ καὶ τὸν παῖδα τὸν σὸν μηδὲν ἐπιμέμφεσθαι Her. I 9. IV 136. Negationem οὐ autem et in oratione recta et in oratione obliqua ob eam causam positam esse puto, quam affert Schaefer (v. Seume p. 62): 'οὐ sic tuearis, ut dicas eius notionem cum notione sequentis participii coalescere. Sane οὐ βρεχούσας τὸ γόνυ nihil aliud est quam ἀβρόχους τὸ γόνυ'. Eadem ratione explicanda est: εἰ δέ τις οἴεται αὐτὸν ἐλέγχεσθαι περὶ τοῦ δαιμονίου ψευδόμενον, ἐννοησάτω πρῶτον μὲν ὅτι οὕτως ἤδη τότε πόρρω τῆς ἡλικίας ἦν ὥστ' εἰ καὶ μὴ τότε, οὐκ ἂν πολλῷ ὕστερον τελευτῆσαι τὸν βίον. [Xen. Comm. IV 8, 1.] Verba οὐ πολλῷ ὕστερον ita cohaerere, ut idem significent quod ὀλίγῳ ὕστερον, nemo negaverit.

Negationem μὴ οὐ post negativum verbum impediendi usurpari, ubi nostra lingua negatione non utitur, supra (p. 46) commemoravi. Pro simplici negatione posita est post ὥστε consecutivum eadem ratione qua in aliis sententiis: πολὺ δ' οὐχ οἷόν τε μετακινεῖν, ὥστε μὴ οὐχὶ τῆς δημοκρατίας ἀφαιρεῖν τι. Xen. Rp. Ath. 3, 8.

Vita.

Max Wehmann natus sum in urbe Rathenow a. d. VI. Kal. Dec. anni h. s. LVIII patre Hermanno, matre Charlotta e gente Bertling, qui adhuc optima valetudine utuntur. Fidem profiteor evangelicam.

In gymnasio Weissenburgensi maturitatis testimonium anno h. s. LXXVI nanctus Bonnae et Argentorati scholis interfui virorum doctissimorum Baumgarten, Buecheler, Heitz, Laas, Liebmann, Michaelis, Nissen, Schaefer, Scheffer-Boichorst, Scherer, Schoell, Steinmeyer, Studemund, Usener, Windisch, quibus omnibus optime de me meritis gratiam habeo maximam.

Postquam Argentorati anno h. s. LXXX facultatem docendi adeptus sum, munere praeceptoris in gymnasiis Alsatiae-Lotharingiae fungor.

Bonnae typis Caroli Georgi typ. acad.



